Digitized by Google

10.4.99

IULIANI
CAESARINI
DISSERTATIO
ΑΝΕΚΔΟΤΟΣ.

IULIANI CAESARINI

S. R. E. DIACONI CARDINALIS

DE INSERENDA IN SYMBOLUM PARTICULA FILIOQUE

DISSERTATIO ANEKΔOTOΣ

HABITA

IN CONCILIO FLORENTINO.

E Mss. BIBLIOTHECAE

CAESAREAE MEDICEAE LAURENTIANAE

ERUIT

ET NUNC PRIMUM EX GRAECO LATINE REDDIDIT

RUDESINDUS ANDOSILLA

PRESBYTER BENEDICTINUS

CONGREGATIONIS VALLIS UMBROSAE.

FLORENTIAE MDCCLXII.

EX TYPOGRAPHIO MOÜCKIANO.

Cum adprobatione.

Digitized by Google

A L E X A N D R O

A L B A N I O

S· R· E· CARDINALI · PROTO DIACONO

EIVSDEM · QVE · BIBLIOTHECARIO

CLEMENTIS · XI· PONTIFICIS · MAXIMI

FRATRIS · FILIO

VIRO · ET · DIGNITATE

ET · GENTIS · ALBANIAE · GLORIA

ET · VIRTVTVM · SVARVM · PRAESTANTIA

LONGE · EMINENTISSIMO

QVI

IAM · INDE · AB · ADOLESCENTIA

MAXIMIS · SEMPER · DATIS

DOCTRINAE · PRVDENTIAE . INTEGRITATIS · QVE

DOCVMENTIS

PATRVO · SVO · FELICITER · TVM · REGNANTI

IDONEVS · IN · PRIMIS · VISVS . EST

CVI · MVNVS · INIVNGERET

BONONIAE · OBVIAM · EVNDI

FRIDERICO · IIII · DANIAE · ET · NORVEGIAE · REGI

VT · PONTIFICIS · NOMINE

GRATIORA · EI · HONORIS · ET · OBSERVANTIAE

PRAESTARET · OFFICIA

ROMAM · DEINDE · REDVX
TOTVM · SE · DEO
ATQVE · ECCLESIAE · CONSECRAVIT
COGITATIONES · QVE · OMNES · SVAS
AD · CHRISTIANAE · FIDEI · SPLENDOREM
VERITATEM · DECVS
PROPAGANDVM
TVENDVMQVE · CONVERTIT
ITAQVE · IN · SANCTIORES · MAGISTRATVS
SVMMIS · HONORIBVS · COOPTATVS
EGREGIS · ATQVE · INLVSTRIBVS · FACTIS
REBVS · QVE · PVBLICIS
ET · DOMI · ET · FORIS · PRAECLARE · GESTIS
IN · GERMANIA · DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS
AD · GRAVISSIMA · NEGOCIA
APVD · IMPERATOREM · CAROLVM · VI.
PERTRACTANDA
ELECTVS · EST
QVO · IN · MVNERE · SEDVLO · AC · STVDIOSE
CATHOLICORVM
VERAE · QVE · RELIGIONIS · CAVSSAE · INSERVIVIT
DEMVM · AB . INNOCENTIO XIII
INGENTI · BONORVM · OMNIVM
PLAVSV · ET · LAETITIA

Digitized by Google

DIACONVS · CARDINALIS · RENVNCIATVS
IN·AMPLISSIMIS·PRAEFECTVRIS·AC·DIGNITATIBVS
SIBI · CONLATIS
DEI · GLORIAM
CONTINENTER · PROMOVIT
APOSTOLICAE · SEDIS · VTILITATEM
ADAVXIT
ECCLESIASTICA · IVRA
ACERRIME · DEFENDIT
QVOD·RELIGIONIS·SVAE·PARTEM·ESSE·CENSVIT
HISCE·INMORTALIBVS·MERITIS
TANTAM.APVD·REGES·AC·GENTES·OMNES
EXISTIMATIONEM·AVCTORITATEM·QVE
SIBI · COMPARAVIT
VT · A · CAESARE · P· F· AVGVSTO
CVM · SVMMA · POTESTATE
REBVS·APVD·SANCTAM·APOSTOLICAM·SEDEM
PROCVRANDIS
DATVS · FVERIT
REX·SARDINIAE·POPVLI·QVE·OMNES
QVI · SVB · EIVS · IMPERIO · SVNT
EVM · SIBI · IN · VRBE · ROMA
PATRONVM · ELEGERINT
PLVRIMAE · QVE · NATIONES · CIVITATES

Digitized by Google

CONLEGIA · RELIGIOSI · VIRI
SODALITIA · ACADEMIAE
SE · VLTRO · IN · EIVS · PRAESIDIVM · AC · TVTELAM
COMMENDAVERINT
TOT · TANTIS · QVE · NEGOCIS · IMPLICATVS
IN · LITERARVM · TAMEN · STVDIA
MAXIME · VERO · ANTIQVITATVM
GRAECORVM · ROMANORVM · QVE
QVAS · IN · DELICIS · SEMPER · HABVIT
ADSIDVE · ATTENTE . QVE . INCVBVIT
ITA · VT · IN · VETERVM · MONVMENTORVM
COGNITIONE
IN · DIFFICILIVM · EORVM · SENSVVM
INTERPRETATIONE
SVMMVS · APVD · OMNES · EVASERIT
REI · ANTIQVARIAE · STVDIOSIS · CONSVLENS
CONLECTA · VNDIQVE · A · SE
INGENTI · SVMTV
RARISSIMA · ET · PRETIOSISSIMA · CIMELIA
IN · SVBVRBANO · PRAETORIO
AB · EXCELSI · ANIMI · SVI · AMPLITVDINE
MAGNIFICE · EXTRVCTO
OMNIVM . COMMODO · VTILITATI · QVE
ADMIRANDA · PROPOSVIT

Digitized by Google

PRAECLARA·DENIQVE·MAIORVM·EXEMPLA
SEQVVTVS
ERGA · INGENVAS · ARTES
AC · DOCTOS · VIROS
CVLTVM · FAVOREM
AC · BENEVOLENTIAM · SINGVLAREM
SEMPER · TESTATVS · EST
TANTO · ERGO · STVDIORVM · FAVTORI
EGREGIO · MVNIFICO
TITVLIS · QVE · OMNIBVS
COMMENDATISSIMO
DE · RELIGIONE · DE · LITERIS
DE · TOTA · IN · PRIMIS · ANTIQVITATE
OPTVME . MERITO
INEDITAM · HANC · DISSERTATIONEM
CELEBERRIMI · DIACONI · CARDINALIS
CAESARINI
NVNC · PRIMVM · EX · GRAECO
LATINE · REDDITAM
PERENNE·OBSEQVI·ET·OBSERVANTIAE·SVAE
ARGVMENTVM
RVDESINDVS · ANDOSILLA
ROMANVS

Digitized by Google

CONGREGATIONIS · VALLIS VMBROSAE
MONACHVS
EIVS · NOMINI · ET · ERVDITIONI
DICATISSIMVS
ANIMO · LVBENS
OBFERT
DEDICAT·

PRAEFATIO.

ETſi doctiſſimi viri Paullus Iovius (1), Ludovicus Donius (2), Veſpaſianus Florentinus (3), aliique permulti (4) IULIANI CAESARINII *Diaconi Cardinalis vitam ſincere, eleganter, copioſeque expoſuerint ita ut deſperandum ſit novi aliquid adferri poſſe; tamen quum vel parum, vel nihil nobis tradiderint quid ipſe ſcripſerit, qua ratione, quibus temporibus, quo loco, quo ſucceſſu, optimum eſſe duxi in hac ad Caeſarinii opuſculum praefatione, haec diligenter inquirere, diffuſeque de biſce diſſerere: ea vero quae ad eius vitae ratio-*

(1) Iovius in Elog Virorum bellica virtute illuſtrium.

(2) Donius in Florib. Hiſtor. S R E Cardinalium.

(3) Veſpaſian. ſcripſit Iuliani vitam vere ac ſincere, quam publici iuris fecit Ferdinandus Ughellius 3. P. Ital. Sac.

(4) Nempe inter alios Paullus Corteſius l. 1 de Cardinal. Andreas Victorellus in ſuis additionibus ad Ciacconium. Platius de dignitate, & officio Cardinalium. Antonius Sanderus in Elog. Cardinal. Illuſtr.

tionem ſpectant huc illuc tantum delibare, ut & rerum novitate lectorum faſtidium adlevem, & dum ſummam tanti viri ſapientiam certiſſimis monumentis indicabo, caetera quoque eius praeclara merita penitus non taceam.

Itaque Iulianus titulo Sancti Angeli Cardinalis Diaconus Caeſarinius ex inluſtri ac nobiliſſima Caeſariniorum Familia Romae natus, miram virtutis indolem, acre ingenium, incredibilem rerum addiſcendarum cupiditatem a natura ita conſequutus eſt, ut in brevi ſummus Orator, Philoſophus, Theologus, & utriuſque Iuris interpres evaſerit. Erat quoque in eo morum integritas, innocentia ſingularis, aequabilis, & conſtans vitae ratio. Ad lenitatem propenſus, miſericordia maxime permovebatur, & miſeris, & laborantibus, quacumque ope poſſet, ſubveniebat. Iuſtitiae amans, amantior aequitatis, rigidos & acerbe ſeveros adverſabatur, pronus ad ignoſcendum tum manſuetudine, tum facilitate naturae, & quod ipſe ſibi non conceſſiſſet, aliis facile indulgebat. Hiſce virtutibus, animique dotibus ad omnes dignitatis gradus expedite ſibi aditum comparavit. Primo enim in numerum eorum Iudicum adſcriptus fuit, qui in conceſſu Pontificis de ſupplicibus libellis referunt, & ſententiam dicunt. Quo in ob-

obeundo munere Iulianus longe omnium ſubtiliſſime, atque rectiſſime referebat. Tandem a Martino Papa V. in Cardinalium Conlegium coopratus, paullo poſt ſumma cum auctoritate in Bohemiam Legatus miſſus eſt, ad ſanandos eius gentis animos Huſſitana haereſi infectos (1), *obſtinatiſſimeque etiam cum infamia pervicaces, quamquam paullo ante Hieronymus Pragenſis eius haereſis crimine damnatus Conſtantiae, & combuſtus in ipſorum contumeliam concidiſſet. Ea enim erat de Iuliani virtute conſtans opinio, ut uni illi ea provincia demandanda cenſeretur.* In omni liquidem Senatorio munere, *ait Iovius*, apud eum vigebant dignitas ſine faſtu, doctrina ſine oſtentatione, ſine fuco probitas, & ſtudium ſine factione. *In Germaniam ergo profectus quum videret Bohemos mori potius paratos, quam ab errore diſcedere, plane intellexit eos nequaquam adhortationibus, ſed validis armis perdomandos. Quapropter Norimbergam ingreſſus ad Sigiſmundum Hungariae Regem Caroli IV. Imperatoris filium ſe contulit, quo in loco plurimi Germanorum Principes convenerant; inſtructoque*

b *exer*

(1) Ioan. Hus Wicleſianae haereſis ſectator acerrimus, illiusque ſententiarum per totum Bohemicum regnum propagator. Vid. Dominicum Berninum *Iſtor. dell' Eresie T. 3. c 4.*

exercitu Regum auxilio, decreta eſt nova in Bohemos expeditio ad VIII. Kalendas Quinctiles (1). *Dux belli Fridericus Marchio Brandeburgenſis electus eſt, quem Cardinalis praeibat. Verum commiſſa pugna, ſive proditio in Chriſtianorum exercitu fuerit, ut plurimi putavere, ſive inanis ultro hominum mentes pavor invaſerit, tota acie trepidatum eſt. Miratur ſane Iulianus unde hic timor, quae ratio ſuaderet milites ut ſe in fugam conferrent. Quamobrem convocato Concilio Duces vehementer hortatur, ut arma expedirent, aciem rurſus inſtruerent, forti animo hoſtem expectarent. Meminerint non de regni gloria, aut agrorum poſſeſſione decertari, ſed de vita, de Religione, de Chriſti gloria, de animarum ſalute bellum geri. Turpe Germanis eſſe, quorum generis nobilitatem, virtutemque totus Orbis celebraret, ex praelio fugere, moriendum potius eſſe, quam vix congreſſos turpiter cedere.*

Niſi

(1) Prima expeditio ſub Martino V. indicta fuit. Quum enim Pontifex animadverteret haereſim Huſſitanam magis ac magis in dies graſſari, priuſquam peſtifera lues amplius invaleſceret, Cardinalem Victorenſem natione Anglicum, regia ſtirpe natum in Germaniam proficiſci iuſſit, ut contra Bohemicam labem vicinas gentes in arma cieret. Quod munus ſumma cum celeritate Cardinalis explevit. At Chriſtiani milites, audito tantum hoſtium adventu, turpiter fugerunt. Conſule Aene. Sylv., alioſque Bohemicae Hiſtoriae Scriptores.

Niſi gladiis modo propriam tuerentur libertatem, aut caſuros brevi hoſtili ferro, aut ſervitutem morte miſerabiliorem laturos (1). *Haec atque alia, quae a Caeſarinio eloquenter dicta fuere, etſi ſatis ſuperque milites ad praelium inflammare abiectos eorum animos adtollere, languentes excitare potuerant, tamen nihil profuerunt iis, quorum pudorem timor evicerat, iis qui ſingulari, inauditaque ſocordia nullo modo ad bellum gerendum rationibus duci poſſe adfirmabant, eo quod ne vultum quidem hoſtium, aut oculorum aciem ferre valebant. Ablata ſunt ergo ſigna, & quaſi nullus eſſet in exercitu ductor, tumultuoſe quiſque relictis ordinibus, & contra imperium, multi etiam proiectis armis timidi rapido curſu fugam maturavere. Iulianus vero ab omnibus deſertus, Baſileam petiit, ad obeundum alterum officium ab Eugenio IV. ſibi delatum, ſcilicet ut indicto inchoatoque Concilio iuxta Conſtantienſis decreta Legatus praeſſet* (2). *Mul-*

(1) Haec oratio etſi non fuerit numeris omnibus abſoluta, id enim temporis circumſtantiae minime patiebantur, tamen ab Aenea Sylvio in Hiſtor. Bohem. inter Iuliani orationes adnumeratur.

(2) Sancita lex fuerat in Concilio Conſtantienſi, ut poſt quinquennium iterum Sacroſancta Synodo convocata, Antiſtites Sacratique viri totius Europae convenirent, ut controverſiae de divinis placitis, morumque cenſura ſuprema diſputatione finirentur.

Multae itaque, atque graviſſimae res ad Chriſtianae Reipublicae utilitatem accommodatiſſimae in eo Concilio peragendae erant. Bohemorum inſania, induſtria ac prudentia ſananda, & vera Fidei dogmata, quibus Romanae Eccleſiae Epiſcopi, ſublata diſcordia, adſentirent, explicanda. Quarum rerum natura Pontificis perſonam efflagitare videbatur. Sed Eugenio variis de cauſſis venire abnuente, immo Concilii diſſolutionem ad Patres Baſileae congregatos per litteras ferente, Iulianus duas ad eumdem Pontificem ſcripſit graves Epiſtolas. In ipſo ergo primae Epiſtolae initio narrat ea, quae Norimbergae acta fuerant; exercitum nempe paucis diebus comparatum, mil tum fugam, conatuſque omnes a ſe adhibitos ad eos confirmandos. Deinde pecuniam grandem efflagitat, ut opportuno tempore Alemanniae populi iterum bellum contra Bohemos ſuſcipere poſſent. Inſuper fuſe lateque explicat cauſſas, quae a Concilii diſſolutione Patres abducerent, quas etiam Sigiſmundus Caeſar, & Henricus Angliae Rex eidem Pontifici per litteras ſignificaverant; certam nempe ſpem ſummi boni, maximaeque Catholicae Eccleſiae gloriae, ſi illud perficeretur; periculum vero haereſis, ſi diſſolveretur. Denique Eugenium orat atque ob-

obſecrat, ut Baſileam ſe conferat Concilio praeſidendi gratia, neque locum reformidet, cives enim omnes Pontificem tueri profitentur; neque credat Patres Synodi civilem iurisdictionem ab Eccleſia velle adimere, ut plurimi arbitrabantur. Mira res! *ait*, ſi hoc Concilium non fieret per viros Eccleſiaſticos, fortaſſe dubitandum foret: ſed quis erit hic Eccleſiaſticus, qui haec audeat? (1)

Interim plura in Concilio acta ſunt. Benigne enim Bohemorum Legatis exceptis, & poſtridie in concionem adcerſitis, Iulianus Cardinalis perhumaniter eos adloquutus, longa & luculenta oratione ad ea, quae pacis & concordiae eſſent, cohortatus eſt. Eccleſiam Chriſti Servatoris Sponſam, omnium Fidelium Matrem eſſe adfirmans, claves ligandi, atque ſolvendi habere, candidam ſine macula, in iis, quae neceſſaria ad aeternam ſalutem eſſe videntur, errare non poſſe: qui eam contempſerit, alienum, profanum, & quaſi ethnicum, publicanumque cenſendum: Conciliis Eccleſiae univerſae probatis, non minus ac Evangeliis credi oportere: a Bohemis qui ſe filios Eccleſiae eſſe profitentur, matris vocem audiendam: fa-

(1) Exſtat haec epiſtola in oper. Aen. Sylv., & apud Orthuin. in Faſcic. rer. expetend.

faceſſere iam odia debere , deponenda arma ; Quaecumque Bohemi pro ſua cauſſa dicere velint , tantum parati animo ſint , ne bene conſulta Sacrae Synodi conſilia reſpuant , quibus non modo Bohemos , ſed omnes Chriſti fideles adquieſcere oportet , ſi aeternae vitae praemii participes eſſe deſiderent (1).

Cardinalis oratio cunctis Patrum ſuffragiis excepta eſt . Bohemi paucis reſpondere , ſe neque Concilia , neque Eccleſiam contempſiſſe , nihil de Chriſtiana Religione detrahere , incorruptam apud ſe Patrum auctoritatem manere . Epiſcopis vero ſciſcitantibus quaenam illa eſſent , in quibus a Romana Eccleſia diſſentirent (2), *quatuor tantum articulos praepoſuere . 1. De communione Divinae Euchariſtiae , quam ſub ſpecie panis , & vini ſumendam , his qui ſalvi eſſe velint , neceſſario adfirmabant . 2. De Civili Dominio , quod Clericis interdictum eſſe divina lege dicebant . 3. De praedicatione verbi Dei , quam liberam permiſſamque paſſim omnibus arbitrabantur . 4. De publicis delictis , quae nulla ratione*

to-

(1) Adi Aen. Syl. Hiſt Bohe.

(2) Quamvis plurima ſint, quae Huſſitarum perfidia advertus Catholicae Fidei veritatem adſtruere, & praedicare non dubitaret ; tamen coram Concilio , Doctorumque Patrum coetu haec proferre tantummodo arbitrati ſunt, eaque Regni nomine .

toleranda putabant, etiam maioris mali vitandi gratia.

Poſt haec Caeſarinius noſter aliam ad Bohemicos Legatos orationem habuit, in qua adſeruit, Eccleſiam ita fundatam eſſe ſupra firmam petram, ut portae Inferi praevalere adverſus eam non poſſint, quae iuxta Gregorium, & Auguſtinum eſt univerſitas Fidelium per totum mundum diffuſa, creſcitque, & ſanctificat in mundo univerſo. *Dixiſtis, proſequebatur Iulianus Oratores adloquens, paratos vos eſſe in ſpe ipſius Capitis Chriſti mortis dirae potius martyrium perferre, quam aliquid ex privata veſtra doctrina confictum profiteri, quod forte Eccleſiae verae Chriſti Sponſae decretis repugnet. Certe ſi animus veſter huiuſmodi verbis reſpondeat, bonam ſpem futurae pacis concipimus. Nos vero ne vel minimum terrent ea, quae poſtmodum a vobis in articulis expoſita fuere; dummodo enim mens parata ſit veritati, quum oſtenſa fuerit, adquieſcere, verba quaecumque poſtea proferantur, non multum animo advertenda ſunt. Et infra: Mos eſt eorum qui diu inter ſe dimicarunt, ſi quando concordiam inire deſiderent, ut omnes controverſias ſimul componant, alioquin ſi vel una adhuc ſub Iudice foret, facile lites, & odia*

ex-

excitaret . Propoſuiſtis elapſis diebus quatuor dumtaxat articulos , ſed audivimus praeter hos quatuor , multa etiam alia apud vos exſtare dogmata nova prorſus , & inaudita , in quibus a nobis diſſentitis . Neceſſum eſt ergo , ſi vera unitas , & perfecta fraternitas inter nos eſſe debeat , ut omnia in hoc Concilio proferantur . Si quid autem eſt , de quo velitis per nos certos fieri , interrogate audacter , & confeſtim vobis reſpondebimus . Haec & alia quum Caeſarinius dixiſſet , ſtatim coram Patribus perlegit triginta tres circiter articulos , quorum praecipua pars erat ex ſaepe damnatis dogmatis Ioannis Wicleſi , quae a Bohemicis defendi , quamvis occulte , in dubium vocari amplius non poterat (1) .

Hiſce peractis , alteram Iulianus Pontifici ſcripſit epiſtolam , prima breviorem , in qua commemoratis , quae apud Egram , & Bituringes ſtatuta fuiſſent , & quae ſpes adfulgeret Bohemos ad ſaniorem mentem reducendi , iterum quammaxime hortabatur Eugenium , ut ad Concilium accedere vellet , nec eius diſſolutioni amplius inſiſtere ; vel ſi valetudinis cauſſa neque ipſe , neque R. E. Cardinales venire poſſent , ſaltem per literas ſcribere : placet no-

(1) Lege Hiſtoriam Huſſitan. Ioan. Cochlei lib. VI.

nobis ut fiat Baſileenſe Concilium . *Utrum autem illud legitimum eſſet , pendere ex Conſtantienſi , quod illud haberi decrevit : ſi Conſtantienſe verum cenſendum , item & Baſileenſe . Addidiſque inſuper alia multa ut probaret firmum , & ratum tunc eſſe . Quibus rebus Epiſtolae finem impoſuit* (1).

Atque heic operae pretium eſſe videtur Spondani diluere obiecta (2), *qui arbitratur haſce Iuliani Epiſtolas ſuppoſititias eſſe , vel in toto , vel in parte , & ab aliquo ex Baſileenſibus confictas ; eo quod multa in eis habeantur ad probandam Concilii Baſileenſis validitatem , docendumque illud nequaquam alio transferri debere , quum e contrario notum ſit ex eiusdem Concilii translatione , ipſum diverſe ſenſiſſe . Ego igitur Spondano in primis ſexcentos alios Auctores oppono , iique ſunt , qui vel Iuliani vitam , vel Bohemicam Hiſtoriam ſcripſere . Omnes quippe adſerunt , duas exſtare epiſtolas a Caeſarinio ad Eugenium miſſas . Inſuper ſi quid ponderis habere poſſit ſtylus Auctoris , dicendi formulae , & elocutio , haec profecto clare oſtendunt integras omnino , ut habentur , a Iuliano fuiſſe exaratas . Denique ſciendum eſt*

c ipſum

(1) Haec altera Epiſtola exſtat in actis Navar ,& apud Aene. Sylv. , & Orthuin.

(2) Henric. Spond. in Contin. Annal. Eccleſiaſticorum .

ipſum cum Eugenio de Concilii translatione conveniſſe , quando ad eum inſidiae delatae fuerunt , Pontifici a Baſileenſibus paratae . Tunc enim Caeſarinius hic noſter ab illis receſſit , Eugenioque conſtanter adhaeſit , atque adverſus Schiſmaticos non ſolum voce , ſed etiam calamo acrius quam antea dimicavit . Immo quum Baſileenſes eo inſaniae deveniſſent , ut depoſito Eugenio , Felicem Antipapam temere , ac impie ſubrogaſſent , & Eugenii , Cardinalium , Aulicorumque animi ob id factum non mediocri pavore correpti eſſent , Iulianus utpote vir cordatiſſimus minime perterrefactus , gravi oratione ipſis metum omnem ademit ; adfirmans in ea Felicem adverſarium (1) *nullo modo*

(1) Amadeus VIII. Sabaudicum Solium tenuit , non iam Comes , ſed Dux I. acceptumque a Maioribus pacatum Imperium , liberis , ac poſteris ſuis pacatiſſimum reliquit , ac tum pace , & bello clarus , cum pietate praeſtans ; ex Duce Heremita ; ex Heremita Pontifex , & Felix V. a ſuis appellatus , magna celebritate Baſileae coronatus fuit . At Lugduni commorans , a Pontificia dignitate ultro ſe abdicavit ; & ſingulari hac animi demiſſione ſchiſmati finem impoſuit . A Nicolao vero Papa V. Eugenii IV. ſucceſſore , Cardinalis , & Legatus Pontificius renunciatus eſt . Et quum glorioſe , religioſeque vitae ſuae finem impleverit , iure ac merito a ſcriptoribus inter inluſtres , ſanctiſſimoſque R. E. Cardinales recenſetur . Conſule Auct. qui de Cardinalium geſtis ſcripſere , quos ſupra memoravimus .

modo metuendum esse , nec propter eius cum Regibus consanguinitatem , nec propter sapientiam , qua praeditus existimabatur , neque propter ingentem pecuniam , quam illum per tot annos pacifice regnantem confeciſſe plurimi dictitabant . Non propter Regum consanguinitatem . Populos enim aiebat eum irridere , nec venerari hominem , qui e profano Principatu ad Ecclesiasticum , ut ita dicam , evolasset . Virum sanguinum , qui saepe in bello fuerat versatus , indignum Sacerdotio iudicare . Praeterea addebat : Uxorem , dicent , in saeculo duxit (1) filioſque procreavit , & nunc in Altari Sacratiſſimam Christi Hostiam audet offerre . Invidebunt certe , & maledicent homini , nemo amabit . Consanguineis adversa fortuna , & non una calamitate vexatis , Amadeus nunquam auxilio fuit . Burgundos in bello deseruit , & Francos (2) ; qualem se praebuit amicis , ta-

 les

(1) Uxorem duxit unicam , forma , & prudentia admirabilem , nobilem ex domo Burgundica , Philippi Ducis Amitam , re & nomine Bonam. Ex qua quum filias duas ſuſcepiſſet; alteram Philippo Mediolani Duci , alteram Ludovico Siciliae Regi in matrimonio iunxit. Ludovico vero filio maiori natu uxorem ex Cypri Regibus ortam comparavit ; adeoq. affinitatem cum Regibus iniit.

(2) In Gallia Burgundiorum, & Armeniacorum diſſidia flagrabant . Angliae Regum furor debacchabatur. In Italia Veneti , & Florentini adverſus Mediolanenſium Prin-

les eos in ſe inveniet. Gaudebunt adveniſſe tempus, quo vices reddant. Omnes eum derelinquent: nemo illi non emtus adhaerebit. Amadeum ſapientem adfirmant, eo quod multis annis feliciter regnavit. At non ſua prudentia, ſed aliena miſeria felix fuit; decernentes enim inter ſe hinc Itali, inde Galli, quietam Sabaudiam reddiderunt; populi quod erat temporis, homini adiudicarunt. Suamet ſapientia Amadeum in magnum diſcrimen adduxit, non parvo ſe involvit negocio; in re omnium maxima peccavit; ruent conſilia ſua; felicem vocant, ſed ſaepe nomina rebus contraria ſunt. Neque propter pecuniam timendus eſt Felix; tanta enim non eſt, quantam homines credunt. Et quid nobis magis prodeſſe poſſet, quam pecunioſum adverſarium exiſtimari? Qui congerunt, nuſquam impendunt. Cuncti igitur ab eo aurum petent, & minime adſequentes inimici abibunt. Haec mihi, *aiebat Caeſarinius* (1), de

Principem implacabili odio contendebant. Amadeus vero procul ab armis, in montibus regnans, nunc ab his, nunc ab illis arbiter electus eſt, quod unus omnium idoneus exiſtimabatur, qui hujuſmodi inter Principes viros contentiones poſſet componere, graviſſimiſque rebus aliis ſapienter conſulere. At nemini pro vi, & ope auxilio fuit. Adi auctores, qui inluſtrium Card. vitam expoſuere.

(1) Orationem hanc numeris omnibus abſolutam reperi in Comment. Pii II. lib 7., eamque memorat Cochaeus Hiſtor. Huſſitan.

de novo electo ſententia eſt, qui aliter ſentiunt, meo quidem iudicio nihil ſentiunt.

Hac vero Iuliani oratione altera prior eſt, ab ipſo in Concilio Baſileenſi habita. Etenim cum Patres in Synodo ſanxiſſent, neminem in poſterum, qui ad Epiſcopi, vel Abbatis dignitatem evectus foret, debere Apoſtolicae Sedi eam pecuniae ſummam ſolvere, quae ex Eccleſiae, vel Monaſterii, cui praeficiebatur unius anni proventu percipi poterat, ut moris erat, quaeque Annatae *vocabantur* (1)*; decretum hoc grave viſum fuit Archiepiſcopo Tarentino, & Epiſcopo*

(1) An. Chr. 1399. Ind. VII. decimo Pontificat. Bonifacii, multa ipſe praeſtitit in ſuum, ac Sedis Apoſtolicae commodum, & augmentum. In primis enim, ſcribit Niemus libro a primos fructus unius anni omnium Eccleſiarum Cathedralium, & Abbatiarum abſque Paſtore exiſtentium, ſuae Camerae reſervavit. Ita ut quiſquis in Archiepiſcopum, Epiſcopum, aut Abbatem promoveri vellet, ante omnia teneretur ſolvere primos Eccleſiae, vel Monaſterii fructus, cui praefici optaret, & Annatas vocarunt, eaſque (imitatione veteris teſtamenti legis, qua primitiae, & decimae fructuum, ad agnoſcendum ſupremum Dei Conditoris in omnes res humanas dominium, ſacro ordini debebantur) in uſus, atque neceſſitates Summi Chriſtianorum Pontificis, & ſupremae poteſtatis agnitionem conſtitutas volunt. Non ut, quod maledici obiiciunt, ſolvantur tamquam beneficiorum acceptorum pretium. Vide Antonium Valleſinum, & Fernandum Cordubenſ. in eorum Commentariis de Annatis.

ſcopo Patavino Eugenii Legatis . Imminutum enim iri , aiebant , Pontificiam dignitatem , nec tam amplum eſſe Romanae Eccleſiae patrimonium , ut ab exterorum armorum impetu , aut malevolorum armis , necnon haereticorum , Turcarumque excurſionibus , Pontifices ſatis ſe tueri poſſent , abſque eo quod aliunde ſubſidium ſibi compararent . Quapropter Iulianus orationem habuit , in qua cauſsas , a quibus Patres adducti erant , ut penſiones , ut aiunt , huiuſmodi e medio tollerent , graviter , luculenterque eſt proſequutus ; praecipue vero malum morem , malumque exemplum , quod in Eccleſiam invehebatur , in aperto poſuit . Plurimi enim perperam putabant , huiuſmodi proventus eſſe veluti rerum ſpiritualium pretium , quum revera ſolum in Pontificis , Cardinalium , aliorumque pro Eccleſiae utilitate laborantium commodum exſolverentur . Deniqne , ait , Patres Concilii Romanae Sedis indigentiae alia ratione opportune conſulturos . Haec & alia Caeſarinius . Verum eadem , ut & cetera ſuperius recenſita , ſemina fuere novi inter Eugenium , & Synodum diſſidii (1) .

Tandem ob inſidias Pontifici a Baſileenſibus paratas , quarum ſupra mentionem habuimus ,

(1) Henr. Spond. Continuat. Annal. Eccleſ.

mus, ſoluto Concilio (1), *& Ferrariae primum indicto, ac deinde morbi peſtilentis metu, Florentiae coacto; Eugenius Papa, Ioannes Graecorum Imperator cum Iuliano, Patreſque omnes tam Graeci, quam Latini ad illud celebrandum convenere. Quid vero in hoc Florentino Concilio Caeſarinius hic noſter adverſus Graecos egerit, quid ſcripſerit, pro tuendo Catholico dogmate* De proceſſione Spiritus Sancti ex Patre, & Filio, *dicere ſupervacaneum eſſe arbitror, quum eiuſdem Concilii acta melius per ſe id teſtentur, quam ego valeam oratione explicare. In nona enim, undecima, & duodecima ſeſſione, vel ipſe ſolus ad Patres ſermonem habuit, vel cum Marco Epheſino diſputavit; & tanta eloquentiae vi, tam multis, & gravibus argumentis diſſeruit, ut doctiſſimus Beſſarion Cardinalis Nicaenus ad Alexium Laſcarim ſcribens, haec de Caeſarinio dixerit*: Quo ad orationem nos excepit in omnibus optimus vir, & admirabilis, ac Latinorum gentis ſimulacrum, & ornamentum naturae Iulianus S. R. E. Cardinalis digniſſimus, qui multa, & plura dicens ad

(1) Eugenius inimicorum inſidias diſſimulans, Concilium ſolvi iubet, tanquam Hiſpanis, Gallis, Graecis, atque Italis Epiſcopis incommodum, ac ſolemne Concilium in Urbe Ferraria futurum edicit.

ad propoſitum argumentum, adeo validis, & manifeſtis, & claris demonſtrationibus problema abſolvit, ut oſtenderet, licere veritatem ſemper adponi divino Symbolo, ſynodice, & vocante neceſſitate, ita ut nos pluribus diebus meditantes, nihil ad haec reſpondere potuerimus (1).

Hac Concilii opportunitate ſumta Iulianus alteram hanc orationem exaravit, quam ego publici iuris facio. Quae quidem oratio ex ſcriptorum omnium ſententia Caeſarinio eidem, ut titulus praeſefert, adtribuitur. Neque temere auſus ſum adſerere diſſertationem hanc ἀνέκδοτον eſſe. A primo certe in ſumma verſabar haeſitatione; non enim mihi in animum inducere poteram tanti viri opus typis impreſſum publicam lucem adhuc non adſpexiſſe; Propterea diligenter perlegi Bibliothecam Fabricii, Oudini, Guilielmi Cave, aliorumque; perlegi Conciliorum acta; conſului quotquot potui veterum Codicum indices abſolutiſſimos; necnon Hiſtoricorum libros, qui de Iuliani Caeſarinii rebus geſtis, & ſcriptis, aut loquuntur, aut loqui debuere; nuſquam tamen de bujuſce Orationis editione mentionem factam reper-

(1) Beſſarion in opus ad Alex. Laſcarim de proceſſione Spiritus Sanct. quod exſtat in opuſc. Theol. Arcad.

peri . Conſului doctiſſimos viros , & in primis Clariſſimum Lamium totius Reipublicae Literariae decus , & ornamentum , qui quum re ſerio perpenſa , adfirmare ſe poſſe credidiſſet , nondum in lucem prodiiſſe , omni prorſus ſublata dubitatione , ego quoque ἀνέκδοτον dici poſſe exiſtimavi , & exiſtimo . Qua vero de cauſſa tamdiu in tenebris delituerit penitus ignoro ; arbitror tamen cum Eruditiſſimo Biſcionio (1) *dignam eſſe ut Concilii Florentini prolegomenis adponatur . Etenim in ea totus eſt Iulianus , ut probet licuiſſe ſemper , & licere Symbolo ſynodice , & vocante neceſſitate , vera adiicere . Quum igitur verum ſit Spiritum Sanctum ex Patre , Filioque procedere ; idcirco particula* FILIOQUE *Symbolo ſynodice adiici poterit , de quo Graeci cum Latinis decertabant . Huiuſce vero diſſertationis duo reperiuntur Codices mss. , unus Vindelic.* (2) *, alter Florentiae , eam ego ex hoc adcurate tranſcripſi . Exſtat hic in Pluteo IV. ſub numero XII. pag.* 17. *Bibliothecae Mediceae Laurentianae ſeculo XV. chart. , varia manu exaratus , in quo plurima alia congeſta ſunt opuſcu-*

d *la*

(1) Biſcionius in Catalogo Bibliothecae Mediceae Laurentianae ad Pluteum IV.

(2) Oudin. in ſua Bibliotheca ſub Caeſarinii nomine.

la (1). *Illud tandem animadvertendum eſt: etſi Ambroſius Camaldulenſis, & Cardinalium Nomenclator* (2) *fateantur, Iulianum Graecas literas calluiſſe, tamen Orationem hanc, ut ex ipſo titulo patet, Nicolaum in graecum tranſtuliſſe conſtat, quam Caeſarinius aut latine, aut alio idiomate ſcripſerat, cuius exemplar dolendum quammaxime penitus periiſſe.*

Nicolaus vero ille eſt, qui Euboicus dicitur (3), *Epiſcopus Sagundinus* (4), *qui ob egregiam utriuſque linguae peritiam graecae, & latinae in Concilium Ferrarienſe, & Florentinum Interpres Patrum ſuffragiis cooptatus, munus ſibi demandatum magna cum laude praeſtitit. Eius orationes, ſeu potius interlocutiones in Concilio habitae, exſtant in actis eiuſdem Concilii. Scripſit quoque de origine, & rebus geſtis Turcarum librum Aeneae Sylvio nuncupatum, cuius ipſe Aeneas meminit. Eiuſdem etiam quamdam Epiſtolam mss. ad Andro-*

(1) In hoc Codice XLI. variorum Auctorum reperiuntur opuſcula, quae Biſcionius in ſuo Catalogo nominat, & inluſtrat.

(2) Ambroſius Lib. XIII. Epiſt V. Cardinal. Nomenclator in Iuliani vita.

(3) Ita vocatur in MSS. Ioſephi Vallettae.

(4) Sagundinum appellat Mabillonius T. I. Muſ. Ital. Et Fabr. Biblioth. Med. & Inſim. Lat. Vol. V., reiiciuntque opinionem illorum, qui Sacundinum, vel Saguntinum, vel Secundinum nominari volunt.

dronicum Philoſophum memorat Philipp. Labbeus Biblioth. mss. Cap. III. Plutarchi quoque opus de Civili inſtitutione, Onaſandri de Optimo Imperatore, & Ariani de expeditione Alexandri latinis literis ipſe donavit, hae autem Verſiones in lucem prodierunt Baſileae, & alibi. Inſuper Conſolationem ad Iacob. Anton. Marcell. de obitu Valerii Iulii, & Orationem Neapoli ad Alphonſum Aragonum Regem habitam memorat Fabr. Biblioth. med. & infim. latin. Vol. V. p. 335. Confeſſionem de verbis Conſecrationis, & Tranſubſtantiationis a Beſſarione in Concilio Florentino propoſitam, & a Nicolao latine verſam edidit Mabillonius T. I. Muſ. Ital. p. 243. Huiuſce viri memoriam praeter cereros inluſtravere maiorum aetate Bartholomaeus Facius p. 21. libello de Viris Illuſtribus, noſtra vero Hodius lib. de Graec. Illuſtr. cap. VI.

Verum ut ad Iulianum redeamus, compoſitis tandem aliquando in Florentino Concilio Graecorum, Latinorumque controverſiis, peracloque conventu, Ladislaus (1) Polonorum, & Hungarorum Rex ſtrenue cum Turcis ad Haemum montem pugnavit, & Carambeio Amurathis Polemarcho capto victor evaſit. Sed Ladislaus iure meritoque hoſtium vires pertimeſcens

(1) Quem alii Wladislaum vocant.

ſcens, non iniquam pacem cum eis ſancivit (1). *Ea vero pax Pontifici, & Chriſtianis Principibus poſt inſignem victoriam nunciata, maxime diſplicuit, utpote intempeſtiva, inutilis, & indecora. Quemadmodum iam antea diſplicuerat Iuliano Cardinali, eo quod eius potiſſimum opera, ac ſtudio ſacrae Militiae foedus in Italia in primis, ac deinde in Germania percuſſum fuiſſet, cuius apparatus, conatuſque nova hac pace omnino irriti forent. Dolebat etiam & plurimum expoſtulabat ea de re Franciſcus Cardinalis Condulmerius, Eugenii Pontificis Fratris filius, qui Claſſi ex ſeptuaginta triremibus ex Italia conlectis, conſtatae Praefectus, in Helleſpontum expedite navigans, littora, & portus occupaverat, ut auxiliariis inimicorum exercitus copiis obſiſteret. At quorſum haec diſputo? Quot homines tot erant querelae; Chriſtiani enim omnes unanimi conſenſu, ut Graecorum Imperatori morem gererent, qui a ferociſſima gente circumventus, opem ferre ſibi expo-*

(1) Sunt qui putant, pacem initam eſſe opera praeſertim Georgii Deſpotae cuiuſdam, cui Amurathes promiſerat, ſe illi Principatum reſtituturum, eiuſque filios, quos apud ſecaptivos retinebat, libertate donaturum, nec non conſilio Hunniadis exercitus Ladislai item Ducis, ab Amurathe, ut quidam tradunt, auro corrupti. Vide Aen. Sylv. lib. I. Epiſtolar., & Spondanum ad ann. 1445.

poſtulaverat , novum atque ingens bellum in Amurathem decreverant . Scanderbegus quoque Albaniae Princeps , qui in Epiro Amurathem , eiuſque Praefectos magnis detrimentis affecerat , ſe cum validis copiis Regi Hungaro Ladislao Thraciam invadenti , adfuturum pollicebatur . Nihil ergo aliud ſupererat quam Ladislaum , eiuſque gentes ad novum bellum incitare , quodque praeſtitit Caeſarinius ab Eugenio Legatus ad Regem miſſus , vigiliis elaborata oratione . In hac enim Iulianus ſumma eloquentiae vi rationes , quibus eos ad arma in Amurathem denuo inferenda impelleret , proſequutus eſt ; ſcilicet foedus iamdiu cum Summo Pontifice ſancitum , & cum Palaeologo Imperatore , qui ex condicto iam a primo die fuerat in caſtris , ut illorum in tanta rerum neceſſitate expectaret exercitum ; pactum etiam firmum cum Venetis , & Genuenſibus , qui claſſem , ut fuerat conſtitutum , inſtruxerant ; & cum Burgundiae gentibus , quae Chriſtianae Fidei ſtudio , mari ſe commiſerant , innumeriſque exantlatis laboribus , periculiſque ſuperatis , iam in Helleſponto navigabant . Scire etiam oportere , aiebat , hinc ſalutem Chriſtianae Reipublicae labefactatam , ſpem gloriae & immortalitatis extinctam iri , ipſoſque omnes pariter divini , humanique foederis con-

contemptores, perfidos, & Chriſtianae gentis proditores adpellandos. Quare antequam ipſorum perfidiae rumor uſque ad ultimas nationes perveniret, ſe ipſos ab hac infamiae nota vindicare debere. Haec quum Iulianus, atque alia ad rem propria dixiſſet, adeo orationem eius adprobavere omnes, ut ex univerſo congreſſu fremitus audiretur depoſcentium arma, & adſerentium opem ferendam eſse iis, quibus cum in bello ſocietatem habuerant, etſi res non omnino proſpere forent eventurae (1). *Porro Ladislaus Rex iuvenis, alterius victoriae ſpe inlectus, Legati adhortatione, & Principum auxilio bellum maiore quam antea adparatu, conatuque ſuſcepit. Quibus cognitis rebus, Amuratbes Chriſtianos leves adpellat, & a Cilicia rediens cum exercitu, ad Varnam pervenit. Eius adventus omnium opinione celerior, Regem in primis, & Ioannem Hunniadem vehementer perterruit. His tamen animis utrinque in aciem eſt deſcenſum; at primo congreſſu Amuratbes de victoria deſperaſſe traditur, niſi nova & recentiſſima Turcarum ala Chriſtianis imperite pugnantibus, victoriae occaſionem adeciſſet. Victis igitur Ladislai militibus, Rex in ipſo cer-*

(1) Exſtat haec oratio apud Spond. loco citato, eiuſque meminit Aen.

certamine corruit, & a barbaris trucidatus occubuit. Iulianus vero Legatus, qui praelata Cruce ſublimi, hortabundus regia ſigna ſequebatur, accepta praelii iactura, ſive in caſtris occiſus, ſeu in ipſa fuga, quum ad lacunam ſitienti equo habenas laxaſſet, ſuperventu hoſtium interfectus, vel denique ab Hungarorum ſaevitia, ut plerique arbitrantur, ſagittis transfixus interiit. Vir ſane tam triſti vitae exitu indignus, niſi eo mortis genere aditum ſibi in Caelum perenni cum gloria muniviſſet. Vixit annos XXXXVI. *obiit anno a Partu Virginis quadrageſimo quarto ſupra milleſimum & quadringenteſimum* (1).

(1) Nonnullae etiam aliae Cardinalis Caeſarinii Epiſtolae per quam breviſſimae exſtant ad familiares ſuos, & praeſertim ad Aeneam Sylvium, & Ambroſium Camaldulenſem, in quibus tamen quum nihil novi, & animadverſione dignum reperiam, ea tantum heic indicaſſe ſufficiat.

Ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.

Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſaeculo, neque in futuro. *S. Mat. cap.* XII. *v.* 32.

University Google

Specimen Characteris
Cod. XII pag. 17 Plut. IV



(II.)

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

ΚΑΡΔΙΝΑΛΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΓΓΕΛΟΥ

Εἰς τὸ ζήτημα τὸ πότερον ἐξὸν, ἢ ἔξεις προστιθέναι
ἐν τῷ Συμβόλῳ τὰ ἀληθῆ, ἢ μή. Ἑρμηνευθὲν
ὑπὸ Νικολάου ἑρμηνέως τῶν Γραικῶν.

* *
*

ά. ΛΕΓΟΥΣΙΝ οἱ Γραικοὶ μὴ ἐξεῖναι τῇ Ῥωμαϊκῇ Ἐκκλησίᾳ, τιθέναι ἐν τῷ Συμβόλῳ τὴν κὴ τοῦ Υἱοῦ λέξιν, κἂν ἀληθὲς ᾖ, τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τὸ κεκωλῦσθαι τοῦτο ἐν τῷ ὅρῳ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου, οὗ τὰ ῥήματα οὕτως ἔχει. Τούτων ἀναγνωσθέντων ὥρισεν ἡ Ἁγία Σύνοδος κὴ τὰ λοιπά. Ὅπου πρόσκειται μετὰ ταῦτα ποινὴ καθ' αἱρέσεως κατὰ τῶν Ἐπισκόπων, κὴ Κληρικῶν, κὴ κατὰ τῶν λαϊκῶν. Οἵῳς ὅρος τοῖς αὐτοῖς ὡτανεὶ ῥήμασιν ἐπαναλαμβάνεται, κὴ ἐν ταῖς μετὰ ταύτην Συνόδοις, ἀλλὰ προστίθεται κὴ ῥῆμα τὸ Φρονεῖν, κὴ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἄλλο Σύμβολον· ἐν γὰρ τῷ ὅρῳ τῆς ἑκτῆς Συνόδου γίνεται ἡ αὐτὴ ἐπανάληψις τῆς κωλύσεως μετὰ τὲ

IULIANI

CARDINALIS SANCTI ANGELI

In quaeſtionem utrum licuerit, aut liceat addere in Symbolo verba, nec ne. Ex interpretatione Nicolai Graecorum Interpretis.

***

I. DICTITANT Graeci nequaquam licere Romanae Eccleſiae adponere in Symbolo particulam *Filioque*; etſi verum ſit Spiritum Sanctum ex Filio procedere, quod hoc prohibitum fuerit in definitione Synodi Epheſinae, cuius haec ſunt verba: *His lectis definivit Sancta Synodus* &c. ubi poſt haec de haereſi poena conſtituta eſt in Epiſcopos, & in Clericos, & in Laicos. Quae quidem definitio eiſdem fere verbis repetitur in aliis poſt hanc Synodis; additur autem & hoc verbum, *tenere*, *docere*, *vel aliud Symbolum tradere*. In ſextae enim Synodi definitione fit ipſa prohibitionis repetitio, cum additione horum verbo-

τὰ τῆς προσθήκης τουτωνὶ τῶν ῥημάτων· τοὺς δὲ τολμῶντας ἄλλην πίστιν συντιθέναι, ἢ προφέρειν, καὶ μετ' ὀλίγα, ἢ καινοφωνίαν, ἢ προσθήκην λέξεως εἰς ἀνατροπὴν τῶν παρ' ὑμῖν διωρισμένων εἰσάγειν. Πρῶτον οὖν ἀρκτέον εἶναι δοκεῖ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὅρου τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου, ὃν αἱ λοιπαὶ Σύνοδοι, τοῖς αὐτοῖς σχεδὸν διετήρησαν ῥήμασιν. Ἡ ἀπορία δοκεῖ ἴσασθαι ἐν τούτῳ, πότερον τὰ ῥήματα ἐκεῖνα τὸ ἄλλην πίστιν, ὀφείλουσιν νοεῖσθαι περὶ ὁποιασοῦν ἀναπτύξεως, ἢ ἐκθέσεως τῆς πίστεως, εἴτε καὶ προσθήκης ῥηματικῆς, συμφώνου μέντοιγε, καὶ ὁμοειδοῦς τῇ ὀρθῇ πίστει, καὶ τῇ ἱερᾷ γραφῇ, ἢ περὶ ἄλλης πίστεως, μὲν τουτέστιν ἐναντίας, καὶ πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ διωρισμένην διαφωνούσης. Ἐξετάσωμεν μετὰ ἀγάπης ποῖα τούτων τῶν διανοιῶν μᾶλλον συμφωνεῖ τῇ ἀληθείᾳ· Αὐτὸς δὲ ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ λόγος ἐστὶν ἐν ἡμῖν, τὰς καρδίας, καὶ τὰς διανοίας ἀνοίξειε τὰς ἡμετέρας πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὑποδοχήν. καὶ ταύτην ἡμῖν διασαφῆσαι ἀξιώσειεν αὐτὸ, ὡς χωρὶς μάτην ζητοῦμεν ἵνα εὑρωμεν, καὶ μάτην κρούομεν ἵνα ἡμῖν ἀνοιχθῇ. Ἐὰν, ἅπερ ἐκπραξεν αὐτὴ ἡ ἐν Ἐφέσῳ Σύνοδος μετὰ ἀκριβίας ἐξιχνευθῇ, ῥᾳδίως ἡ ἀπορία λυθῆσθαι αὐτή· Ὁπόταν περὶ διανοίας ῥημάτων νόμου τινὸς ἡ ζήτησις ᾖ, πρὸ πάντων πρὸς τὸν τοῦ νομοθέτου σκοπὸν, δίκαιον ἀνατρέχειν· ὃς δὴ σκοπὸς, τοῦτο μὲν ἐκ τῆς αἰτίας τοῦ τιθεμένου νόμου, τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ σκοποῦ, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς τῶν ῥημάτων

των

rum : *Audentes autem aliam fidem componere, vel praeponere ;* & poſt pauca , *vel vocis novitatem , vel particulae additionem , contra ea , quae a nobis decreta ſunt introducere .* Primum igitur incipiendum eſſe videtur ab ipſa Epheſinae Synodi definitione , quam ceterae Synodi eiſdem ferme verbis ſervavere . Difficultas in hoc poſita cenſetur , utrum verba illa *Alteram Fidem* intelligi debeant de quacumque explicatione , ſive expoſitione Fidei , ſeu verbali additione , rectae Fidei tamen , ſacriſque paginis conſona , an de alia fide , ſcilicet contraria , & Nicaenae definitioni repugnante . Perpendemus igitur in dilectione , quaenam ex his ſententiis magis veritati conveniat . Ipſe autem Paraclitus , Spiritus veritatis , de quo ſermo eſt inter nos , corda , & mentes noſtras ad veritatem excipiendam adaperiat , eamque nobis ipſe declarare dignetur ; ſine quo fruſtra quaerimus , ut inveniamus , & fruſtra pulſamus , ut aperiatur nobis . Si quae igitur Epheſina Synodus egerit , diligenter inveſtigentur , facile admodum controverſia ipſa dirimetur . Quandoquidem ubi primum de verborum ſenſu alicuius legis quaeſtio eſt , ante omnia ad Legislatoris ſcopum aequum eſt recurrere , qui quidem ſcopus partim ex ſan-

citae

των προφορᾶς, πρὸς δὲ κ᾽ ἐκ τῆς προόδου τοῦ πράγματος καταλαμβάνεσθαι δύναται. Καὶ δὴ πρῶτον σαφές ἐςιν, ὡς φαίνεται, ἐκ διαφόρων ἐπιςολῶν προηγημένων τὴν συνάθροισιν αὐτῆς τῆς συνόδου· ὡς αἱ πλάναι, ἃς ὁ Νεςόριος ὑπέσπειρε περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, κ᾽ ὡς ἦν ἐν δύσιν ὑποςάσεσιν, καὶ ὅτι ἡ Μακαρία Παρθένος οὐκ ἠδύνατο λέγεσθαι Θεοτόκος· ἡ δήλωσίς τε τῆς ἀληθείας, ἣν ὡμολογεῖ ὁ Κύριλλος παῤῥησίᾳ, κ᾽ σανταχοῦ μαχόμενος τῷ Νεςορίῳ δεδώκασιν αἰτίαν, ὡσὰν αὐτὴ συναθροισθείη ἡ Σύνοδος, καὶ ὁρίσειέ τι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ κρατεῖν ἐχρὴν· Ἀπὸ τούτου φανερῶς συνίσαται, ὅτι ἐπειδὴ οἱ Πατέρες τῆς ἱερᾶς Συνόδου ἐκρίναντο ἀληθὲς εἶναι, καὶ σύμφωνον τῇ πίςει τῇ ἐν Νικαίᾳ, ὅπερ ἐκήρυττεν ὁ Κύριλλος, καὶ ψευδὲς εἶναι, καὶ ἀτάκτον τῇ ἐν Νικαίᾳ πίςει, ὅπερ ἔλεγεν ὁ Νεςόριος, οὐδὲν ἄλλο δηλοῦσιν ἐκεῖνα τὰ ῥήματα μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίςιν προφέρειν, ὅτι μὴ ἐναντίαν καὶ διαφωνοῦσαν ἐκείνῃ.

β΄. Ἡ διάνοια αὐτὴ ἀποδείκνυται ἀπὸ τοῦ σκοποῦ τῆς αὐτῆς Συνόδου τῆς νομοθετούσης. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς συναθροίσεως τῆς Συνόδου, συνελθόντων τῶν πατέρων ἐν Ἐφέσῳ, καὶ κληθέντος τρὶς τοῦ Νεςορίου, καὶ μὴ παραγνομένου, εἶπον, ὅτι κατὰ τὴν κανονικὴν τάξιν ἀναγνωσθήτω ἡ ἔκθεσις τῆς πίςεως τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, ὡσὰν ταύτῃ τῇ ἐκθέσει προσενεχθέντων τῶν περὶ πίςεως

citae legis cauſa , partim ex ipſo ſcopo , tum ex verborum enunciatione , cum ex rei progreſſu deprehendi poteſt . Ac primum certum eſt , ut adparet ex variis Epiſtolis , quae huiuſce Synodi conventum praecedunt , errores , quos Neſtorius circa Filii Dei Incarnationem diſſeminabat , *& quod erat in duabus Perſonis* , *& quod Maria Virgo nequaquam Deipara dici poterat* , ac veritatis explicationem , quam libere confitebatur Cyrillus , contra Neſtorium quoquoverſus decertans , cauſſam dediſſe , ut ipſa Synodus congregaretur , & definiret quid in Eccleſia tenere oporteret . Ex quo clare conſtat , quod cum Patres Sacrae Synodi iudicaverint verum eſſe , & Fidei Nicaenae conſonum , quod Cyrillus enunciabat , & falſum , & a Nicaena fide diſſonum , quod Neſtorius dictitabat , nil aliud ſignificant illa verba , *Nemini licere aliam Fidem proponere* , niſi fidem contrariam , & repugnantem illi .

II. Mens ipſa oſtenditur ex Synodi legem ferentis ſcopo . Etenim initio confeſſus , Patribus Epheſi congregatis , ac ter citato Neſtorio , & accedere nolente , dixerunt iuxta Canonicam conſuetudinem , recitetur expoſitio Fidei Nicaenorum Patrum , ut cum ea conlatis de Fide ſermonibus ,

con-

σεως λόγων, οἱ μὲν συμφονοῦντες βεβαιωθῶσιν, οἱ δὲ διαφωνοῦντες ἐκβληθῶσιν. Ἀπὸ τούτου σαφῶς φαίνεται ὁ σκοπὸς τῆς Συνόδου, ἵνα ἐκείνη ἡ πίστις, καὶ ἡ τῆς πίστεως ἔκθεσις βεβαιωθῇ ἡ συμφωνοῦσα τῇ ἐν Νικαίᾳ, ἐκείνη ἀποδοκιμασθῇ ἡ διαφωνοῦσα. καὶ οὕτω τὰ ῥήματα ἐκεῖνα ἐν τῷ ὅρῳ, δηλονότι ἑτέραν πίστιν, διαφωνοῦσαν, καὶ ἐναντίαν σημαίνουσιν.

γ'. Τρίτον, φαίνεται αὐτὸς ὁ σκοπὸς τῆς Συνόδου ἀπὸ τῶν προηγησαμένων ταύτην τὴν κώλυσιν. Ἀναγινώσκονται γὰρ ἐπιστολαί τινες τοῦ Κυρίλλου, ἐν αἷς ἀποδείκνυσι τὸν Χριστὸν Θεόν τε, καὶ Ἄνθρωπον οὐκ ἐν δυσὶν, ἀλλ' ἐν μιᾷ ὑποστάσει, γεννηθέντα τε ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, ἣν Κύριλλος εἶναι Θεοτόκον· καὶ εἰσηγεῖται τὸν Νεστόριον, ἵνα τὰ αὐτὰ κἀκ φρονῇ, καὶ διδάσκῃ. Τούτων ἀνεγνωσθέντων ὁ Κύριλλος λέγει, ταῦτα γέγραφα τῷ Νεστορίῳ τὴν ἀληθῆ ἐκδικῶν πίστιν· Πέπεισμαι δὲ, ὡς ἐν οὐδενὶ ἐκβὰς εὑρίσκομαι ἀπὸ ὀρθοῦ λόγου τῆς πίστεως· ἢ παραβὰς τὸ ἐκτεθὲν παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου σύμβολον· Αἰτῶ ἵνα εἴπητε ἑκάτερ ὀρθῶς, καὶ ἀνεπιλήπτως, συμφώνως ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ ἔγραψα τὰ τοιαῦτα. Ἀποκρίνονται οἱ πατέρες, ὅτι συμφώνως εἴρηκε τῇ Συνόδῳ ἐκείνῃ, καὶ οὐδεμίαν καινότητα, ἢ καινοτομίαν εἰσήναγκε· καὶ τὰ κατ' ἐπιτομὴν εἰρημένα ἐν Νικαίᾳ, ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Κυρίλλου πλατύτερον ἐξέθετο, σαφέστερόν τε, καὶ φανερώτερον. Καὶ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ αὐτὴ πολλὴν παρέχει σα-

φη-

conſoni quidem adprobentur, diſſoni vero reiiciantur. Ex quo Synodi ſcopus in propatulo eſt: ut illa fides, atque illa fidei expoſitio confirmaretur, quae Nicaenae conſona foret, illa vero proſcriberetur, quae huic eſſet oppoſita. Adeoque verba illa definitionis, videlicet *aliam fidem*, diverſam, & contrariam ſignificant.

III. Tertio Synodi ſcopus elucet ex actis, quae definitionem hanc prohibentem praeceſſere. Leguntur enim Epiſtolae quaedam Cyrilli, in quibus Chriſtum & Deum & Hominem, non in duabus, ſed in una tantum Hypoſtaſi oſtendit, & natum ex Maria Virgine, quam Deiparam eſſe Cyrillus demonſtrat; obteſtaturque Neſtorium, ut haec & teneat & doceat. His lectis Cyrillus ait: Scripſi haec Neſtorio rectam vindicans Fidem. Certo autem perſuaſum eſſe habeo, me nullam in partem ab Orthodoxae Fidei doctrina deficiſſe, inventum iri, aut a Symbolo per Nicaenam Synodum tradito declinaſſe. Rogo itaque, ut dicatis mihi recte ne, & citra reprehenſionem ſancto illi Concilio congruenter haec ſcripſerim. Reſpondent Patres: quod congruenter illi Synodo loquutus fuit, neque novitatem aliquam, aut novam partem induxit; & quae compendio dicta fuere in

φηνείαν, εἰς κατάληψιν τῆς διανοίας τῶν εἰρημένων ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ Συνόδῳ, ὁμολογοῦσί τε τὰ αὐτὰ φρονεῖν τὴν εἰρημένην ἐπιστολὴν τοῦ Κυρίλλου μετὰ τοῦ ἐν Νικαίᾳ συμβόλου. Ἀναγινώσκεται ἐντεῦθε ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Νεστορίου πρὸς Κύριλλον, ἐν ᾗ ὁμολογεῖ, τὴν Ἁγίαν Μαρίαν μὴ εἶναι Θεοτόκον, καὶ εἰσάγει τινὰ ῥήματα τῆς ἱερᾶς γραφῆς πρὸς τοῦτο. Ὁ Κύριλλος ἐρωτᾷ τὴν Σύνοδον, ἐὰν ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Νεστορίου σύμφωνος ᾖ τῇ πίστει τῇ ἐν Νικαίᾳ, ὁρισθείσῃ. Ἀπεκρίνοντο οἱ πατέρες, οὐκ ἐστὶ σύμφωνος, ἀλλὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀλλοτρία, καὶ μαχομένη παντάπασι τῇ πίστει ἐκτεθείσῃ ἐν Νικαίᾳ, καὶ διαφωνοῦσα, καὶ ἐναντιουμένη τῇ πίστει, καὶ ξένη τῆς ἀληθείας, καὶ ἐναντία τῇ πίστει τῇ ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἀλλοτρία τῆς ὀρθῆς πίστεως. Ἀπὸ τούτων ἀριδήλως συνίσταται ὁ σκοπὸς τῆς κωλυούσης Συνόδου, μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν προφέρειν παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ, δηλονότι ἵνα μηδεὶς προφέρῃ, ἢ ἐκτιθῇ πίστιν ἐναντίαν, διαφωνοῦσαν, ἢ μαχομένην, εἴτε ἀλλοτρίαν, ἢ ξένην τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἀληθείας. Ὅθεν τοῦτο τὸ ῥῆμα τὸ ἑτέραν, ἀπὸ τοῦ φανεροῦ σκοποῦ τῆς Συνόδου σημαίνει ἐναντιότητα, ἀντιότητα, καὶ διαφωνίαν, οὐχ ἑτέραν ἔκθεσιν τῆς αὐτῆς πίστεως, εἴτε δι' ἄλλων ῥημάτων συμφωνοῦσαν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ ὀρθῇ πίστει. Καὶ διότι ὁ Κύριλλος πλατύτερον, καὶ σαφέστερον ἐσαφήνισε ἐκεῖνα, ἢ ὄντα ἀνεπτυγμένα,

καὶ

Concilio, Epiſtola Cyrilli fuſius, planius, & apertius expoſuit. Et quoniam Epiſtola ipſa maximam praeſefert claritatem, ad ſenſum verborum Synodi Nicaenae percipiendum, confitentur praelaudatam Cyrilli Epiſtolam cum Symbolo Nicaeno eadem ſentire. Dehinc recitatur Epiſtola Neſtorii ad Cyrillum, in qua adfirmat, Beatam Mariam haud eſſe Deiparam, citatque ad hoc quaedam Scripturae verba. Cyrillus Synodum interrogat, utrum Epiſtola Neſtorii conveniens ſit Fidei in Nicaena Synodo definitae. Patres reſpondent: nequaquam conſentanea eſt, ſed ab Orthodoxa Fide diverſa, & omnino repugnans Fidei in Nicaeno Symbolo traditae, diſſentiens, & a Fide diſcrepans, & a veritate aliena, Nicaenae Fidei oppoſita, & rectae Fidei contraria. Ex quibus non obſcure intelligitur ſcopus Synodi prohibentis, *nemini licere alteram Fidem proferre*, *praeter illam in Nicaeno definitam*, ſcilicet, ut nemo proferat, aut exponat Fidem contrariam, diſſonam, & repugnantem, ſive alienam, ſeu aberrantem a fide, & veritate. Quare dictio illa *alteram* ex certo Synodi ſcopo ſignificat oppoſitionem, diſcrepantiam, & diſſenſionem, non alteram expoſitionem eiuſdem Fidei, etſi aliis verbis expreſſam, verae tamen rectaeque Fidei con-

καὶ ἐσαφηνισμένα ἐν τῷ Συμβόλῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ, ἐκρίθη τὰ ἀντιφωνεῖν τῇ πίστει, καὶ τῷ Συμβόλῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ.

δ'. Φαίνεται ἀπὸ τούτων τῶν γεγονότων μετὰ τοῦτον τὸν ὅρον. Καὶ γὰρ ἡ Σύνοδος γράφουσα πρὸς τοὺς βασιλεῖς, καὶ ἀναφέρουσα τὰ πραχθέντα ἐν τῇ Συνόδῳ, μετὰ τῶν ἄλλων λέγει· τὰς ἐπιστολὰς τοῦ Κυρίλλου εὕρομεν συμφώνους τοῖς δόγμασι, καὶ ταῖς διανοίαις, καὶ ἐν οὐδενὶ ἀλλότρια τὰ ἑαυτοῦ ῥήματα τῆς ἀυθεντίας τῆς πίστεως τῆς παρὰ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ παραδοθείσης. Τὰ δόγματα δὲ τοῦ Νεστορίου εὕρομεν μαχόμενα τοῖς ἁγίοις πατράσι, καὶ καθόλου ἐναντία τῇ καθολικῇ, καὶ ἀποστολικῇ πίστει. Ἐπειδὴ τοίνυν ἃ λέγει Κύριλλος φρονοῦσι τὴν ἀληθείαν, καὶ ταῦτα λογίζονται τῷ ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ, οὐ δύνανται λέγεσθαι ἑτέραν πίστιν φρονεῖν· κἂν ἑτεράτινα λέγῃ μὴ ὄντα ἐν τῷ συμβόλῳ ἀνεπτυγμένως. Ἀλλὰ ὁ Νεστόριος ἑτέραν πίστιν λέγεται προφέρειν, ὅτι ἐναντίαν τῇ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῇ ὀρθῇ πίστει.

ε'. Φαίνεται οὗτος ὁ σκοπὸς ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίλλου ῥημάτων τοῦ γεγονότος πρώτου ἀρχηγοῦ, καὶ τοῦ αὐτοῦ ὅρου. Γράφων γὰρ πρὸς τὸν Κλῆρον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολήν τινα, ἧς ἡ ἀρχή, Ἐταράχθη, λέγει οὕτω· κατὰ τὸ πρᾶγμα ἀναθεματίζει τὸν Νεστόριον, καὶ τὸ ἐκείνου δόγμα

ſentaneam. Et ideo quod Cyrillus planius, atque apertius illa expoſuit, quam explicata, & declarata fuere in Symbolo Nicaeno, viſa ſunt ea Fidei, ac Nicaeno Symbolo adverſari.

IV. Scopus adparet etiam ex iis, quae poſt definitionem acta ſuere. Etenim Synodus ſcribens ad Reges, & renuntians ea, quae in Concilio acta fuere, inter alia habet: *Epiſtolas Cyrilli comperimus conſonas dogmatibus, & ſententiis, neque ullibi eius verba aliena ab auctoritate Fidei per Apoſtolos, & Nicaenam Synodum traditae. Dogmata vero Neſtorii invenimus cum Patrum ſententiis pugnantia, Catholicae & Apoſtolicae Fidei prorſus contraria.* Cum igitur ea, quae profert Cyrillus, recte ſentiant, & eadem Nicaeno Symbolo concludantur, dici nequaquam poteſt ipſum aliam Fidem tenere, licet nonnulla diverſa adferat, quae in Symbolo explicite non exiſtunt. At Neſtorius alteram Fidem tenere dicitur, utpote eam, quae eſt Nicaenae, & rectae Fidei contraria.

V. Agnoſcitur ipſe ſcopus ex Cyrilli verbis, qui primus huius definitionis auctor extitit, & ex ipſa definitione. Scribens enim ad Clerum Conſtantinopolitanum Epiſtolam quamdam, cuius initium: *Turbata eſt*, habet ita: *Secundum acta anathe-*

ma-

μα, καὶ ἐν τούτοις ἐστὶ πᾶς ὁ τῆς Συνόδου σκοπός. Εἰ τοίνυν πᾶς ὁ τῆς Συνοδου σκοπός ἐστι καταδικάσαι τὸν Νεστόριον, καὶ τὸ ἐκείνου δόγμα, φαίνεται καὶ φωτὸς λαμπρότερον, ὡσὰν ὁ ὅρος, ὡς ἐστὶν ἁρμόζον, ἀνταπροκρίνοιτο τῷ σκοπῷ τοῦ νομοθέτου, ὅτι τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, ἑτέραν πίστιν, σημαίνουσι τὴν πίστιν πρώτως τοῦ Νεστορίου, καὶ ἑπομένως ὅια νεαν πίστιν, μὴ συμφωνοῦσαν τῇ πίστει τῇ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῇ ἀληθείᾳ. Πάντως δὲ τοῦτο μόνον τὸ ῥῆμα τοῦ Κυρίλλου διασαφοῦντός, τις γέγονεν ὁ σκοπὸς τῆς Συνόδου, ὤφειλεν ἀρθῆναι ταὐτην τὴν ἀμφισβήτησιν. Ὅτι διὰ τῶν ῥημάτων ἐκείνων, τὸ ἑτέραν πίστιν, οὐ κωλύεται τῆς ὀρθῆς πίστεως ἡ ὁμολογία, ἤ σύμβολόν τι, ἢ τὸ τυχὸν σύμβολον, ἂν ᾖ σύμφωνον τῇ ἀληθεῖ πίστει.

ς'. Συνάγεται ἀπὸ τῶν ἑφεξῆς προηγουμένων τούτου τοῦ ὅρου. Καὶ γὰρ Χαρίσιός τις Πρεσβύτης πιστῶς ἀναφέρει, πῶς αἱρετικοί τινες βουλόμενοι ἐπιστραφῆναι πρὸς τὴν ἀληθῆ πίστιν, ἐπλανήθησαν παρ' Ἀντωνίου, καὶ Ἰακώβου τῶν τοῦ Νεσορίου ὀπαδῶν, καὶ προήχθησαν ἑαυτοὺς ὑπογράψαι ἑτέρῳ τινὶ συμβόλῳ τῆς πίστεως, ἢ μᾶλλον κακοπιστίας, τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ καταφρονηθείσης. Διήγειται ὡς ἄυτως τίνα τρόπον ἀυτὸς ὁ Χαρίσιος τῷ ὀρθῷ ἑπόμενος δόγματι, συκοφαντίας ἠνείχετο, καὶ διαβολὰς τὰς ἐκ τῶν αἱρετικῶν, ὡσαυ-

η νει

matizat Neſtorium, illiuſque dogma, & in his univerſus Synodi conſtat ſcopus. Si igitur totus Synodi ſcopus eſt, ut condemnet Neſtorium, & illius dogma, luce clarius adfulget, quod, ſi definitio, ut par eſt, viciſſim reſpondere debeat ſcopo legislatoris, verba illa *alteram Fidem* ſignificant potiſſimum Fidem Neſtorii, & conſequenter veluti novam Fidem, haud conſonam Fidei Nicenae, & veritati. Hoc autem unicum Cyrilli verbum declarantis, quinam fuerit Synodi ſcopus, ipſam dubitationem omnino adimere debet: Quoniam per illa verba *alteram Fidem*, confeſſio verae Fidei, vel Symbolum aliquod, vel quodcumque Symbolum non prohibetur, ſi verae Fidei conſentaneum ſit.

VI. Id colligitur ex iis, quae ordine hanc praeceſſerunt definitionem. Etenim Chariſius Presbyter fideliter retulit, quomodo Haeretici quidam ad veram Fidem ſe ſe recipere volentes, in errorem ab Antonio, & Iacobo Neſtorii ſectatoribus inducti fuerunt, & ipſos alteri Fidei Symbolo, immo peſſimae fidei ſubſcribere impulerunt, ſpreta Patrum Nicaenorum Fide. Narrat inſuper quonam modo Chariſius vero dogmati inſiſtens, calumnias, & inſidias ab haereticis pertulit, ac ſi bene non ſentiret. Ut autem Synodus rectam ipſius

fidem

νει μὴ ὀρθῶς φρονῶν. Ἵναδὲ ἡ Σύνοδος γνῷ τῆς ἑαυτοῦ πίστεως τὴν ὀρθότητα, ἀναγινώσκει ὁ αὐτὸς Χαρίσιος τὴν ὁμολογίαν τοῦ ἑαυτοῦ, ἣ τὸ σύμβολον, ᾗ ἐστὶν, ὡς τὸ ἐν Νικαίᾳ· πλὴν τοῦ ὅτι ἐν τῷ τέλει ὀνομάζει Πνεῦμα Ἀληθείας Παράκλητον ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ. Προστίθησι δὲ κἀκεῖνο, τὸ ὂν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ εἰς μίαν ἁγίαν Καθολικὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν αἰώνιον. Εἶτα ἀναφέρει τὸ σύμβολον τῶν προειρημένων ἀπατεώνων, τὸ συντεθὲν παρὰ τῶν Νεσοριάνων, ἐν ᾧ οἱ ἀπατηθέντες ἐκεῖνοι ἑαυτοὺς ὑπέγραψαν. Ἐφεξῆς μετὰ ταῦτα ἕπεται ὁ ὅρος, δηλονότι τούτων ἀναγνωσθέντων ὥρισε ἡ ἁγία Σύνοδος, μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν, ᾗ τὰ λοιπά· Καὶ ἀπὸ τούτων νοεῖσθαι δύναται διά τι ἐτέθη τὸ ἑπόμενον ἐν τῷ ὅρῳ τούτῳ, ὅπερ καὶ ἐπαναλαμβάνεται ἐν τοῖς ὅροις τῶν ἄλλων Συνόδων· Οἵδε τολμῶντες ἑτέραν πίστιν συντιθέναι, ἢ προφέρειν τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, εἴτε ἐξ Ἑλληνισμοῦ, εἴτε ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, εἴτε ἐξ ἑτέρας δηποτοῦν αἱρέσεως· τοῦτο γὰρ ἐτέθη διὰ τοὺς προειρημένους τοὺς ἀπατηθέντας παρὰ τοῦ Ἀντωνίου, καὶ Ἰακώβου τῶν τοῦ Νεσορίου ὀπαδῶν· Ἀπὸ τούτων σαφῶς συνίσαται, ὅτι τὸ ῥῆμα, τὸ ἑτέραν πίστιν, ἐκείνην τὴν Νεστοριανὴν συμαίνει κακοπιστίαν, δι' ἧς οἱ προειρημένοι βουλόμενοι ἐπιστρέφειν ἠπατήθησαν, ᾗ οἷα

δὴ

Fidem agnoſceret, Chariſius confeſſionem ſuam vel Symbolum recitat, quod Nicaeno perſimile eſt, niſi quod ſub fine nominat Spiritum Veritatis Paraclitum, Conſubſtantialem Patri, & Filio. Adiungit inſuper & illud, quod in Conſtantinopolitano eſt, ſcilicet *Et in unam Sanctam Catholicam Eccleſiam, Mortuorum reſurrectionem, & vitam aeternam*. Deinde Symbolum praedictorum decipientium adducit a Neſtorianis compoſitum, cui decepti ſe ipſos ſubſcripſere. Poſt haec ordine ſequitur Definitio, nempe *His lectis, definivit Sancta Synodus nemini licere alteram Fidem &c.* Atque ex iſtis intelligi poteſt qua de cauſa additum fuerit quod in hac definitione ſequitur, quodque repetitur in aliarum Synodorum definitionibus, *Qui vero auſi fuerint alteram Fidem componere, aut praeponere converti volentibus in agnitionem veritatis, ſive ex Gentilitate, ſeu ex Iudaiſmo, ſeu ex quacumque haereſi &c.*; hoc enim propter laudatos illos deceptos ab Antonio & Iacobo Neſtorii ſectatoribus adpoſitum ſuit. Manifeſtum eſt igitur ea verba *alteram Fidem* Neſtorianam illam peſſimam Fidem ſignificare, cuius cauſſa laudati illi converti optantes, decepti fuerunt, utpote quamdam aliam fidem amplexi, peraeque contrariam re-

δή τινα ἑτέραν ὁμοίως ἐναντίαν τῇ ὀρθῇ πίστει, καὶ τῇ καθολικῇ ἀληθείᾳ. Τί γὰρ ἐὰν τὶς προφέρῃ ψεύδη πίστιν οὐχ Ἕλλησιν, οὐκ Ἰουδαίοις, οὐχ αἱρετικοῖς, ἀλλ' ἀληθεσι χριστιάνοις, ἄραγε ἐξεῖη ἂν τοῦτο; ἢ ὁ τοῦτο ποιήσας ἔη ἂν ἀμέτοχος ποινῆς; Ἀλλ' ἠθέλησεν ἡ Σύνοδος τρανῶς κατακρίναι τὴν Νεστοριανὴν αἵρεσιν τρέχουσαν τῷ τότε. Ἤδη μὲν οὖν λαμπρῶς σαφὲς γέγονέ, τις ἂν εἴη σημασία τῶν ῥημάτων τούτων ἑτέραν πίστιν. Ἕπεται δὲ τοὐντεῦθεν ἐν αὐτῇ τῇ κωλύσει· ὁμοίῳ τρόπῳ, κἂν δέ τινες ληφθῶσιν εἴτε Ἐπίσκοποι, εἴτε λαϊκοὶ, ἢ κληρικοὶ, ἢ πιστεύοντες, ἢ διδάσκοντες τὰ γεγραμμένα ἐν τῇ ἐκθέσει τῇ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου Χαρισίου προενεχθείσῃ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἢ γοῦν μυσαρὰ, καὶ διεστραμμένα τοῦ Νεστορίου δόγματα. Διὰ τούτων ἡ Σύνοδος κατακρίνει παραπλασθὲν ἐκεῖνο σύμβολον τῶν Νεστοριανῶν, τὸ διδάσκον περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ τοῦ Χαριτίου ἀνενεχθέν· περὶ γὰρ ἐκείνου νοεῖ· εἰδικῶς περὶ τούτου ποιοῦσα μνείαν διὰ τούτων ῥημάτων ἐκείνων περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἢ γοῦν τὰ μυσαρὰ τοῦ Νεστορίου δόγματα· καὶ γὰρ ὑπεξαιρεθέντων ὀλίγων ῥημάτων ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ παραπλασθέντος ἐκείνου συμβόλου, τ' ἄλλα διαλαμβάνει περὶ τῆς σαρκώσεως, καὶ ἐν ἀνθρωπήῃ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· Οὐμέν τοι νοεῖ περὶ τῆς ὁμολογίας, ἢ τοῦ συμβόλου τοῦ

πί-

ctae Fidei, & Catholicae veritati. Quid enim ſi quis proferat erroneam fidem non Gentibus, non Iudaeis, non Haereticis, ſed veris Chriſtifidelibus, numquid hoc licebit? Numquid haec audens expers erit poenae? Quare Synodus manifeſte condemnare voluit haereſim Neſtorianam, ea tempeſtate licenter curſitantem. Iam igitur clare perſpicuum eſt, quaenam ſit horum verborum *alteram Fidem* ſignificatio; ſequitur deinde in ipſa prohibitione: *Simili modo ſi qui autem deprehenſi fuerint, vel Epiſcopi, vel Clerici, vel Laici aut credentes, aut docentes ea, quae continentur in expoſitione exhibita a Chariſio Presbytero* de Unigeniti Filii Dei Incarnatione, *videlicet deteſtabilia, & perverſa Neſtorii dogmata*. Per haec Synodus illud Neſtorianorum ſeducens Symbolum, quod docet de Incarnatione Filii Dei, & a Chariſio prolatum damnat, de illo enim intelligit, praecipuam de eo mentionem faciens per illa verba *de Unigeniti Filii Dei Incarnatione, videlicet perverſa Neſtorii dogmata &c.* Etenim detractis paucis verbis, in illius depravati Symboli initio, reliqua complectitur de Filii Dei Incarnatione, & Humanitate. Non itaque intelligit de confeſſione, vel Symbolo Fidei Chariſii viri or-

πίστεως Χαρισίου ἀνδρὸς πίστεως, καὶ τῇ πίστει ἑπομένου τῇ ἐν Νικαίᾳ, ἢ σύμβολον τῶν Νεστοριανῶν κατακρίνοντος, τοῦτο λέγει εἶναι ἑτέρας πίστεως, ἢ μᾶλλον κακοπιστίας, παρεωραθείσης τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων ἐν Νικαίᾳ· καὶ ὁμολογεῖ τὸ σύμβολον ἀπὸ ῥήματος εἰς ῥῆμα κατὰ τὸ ἐν Νικαίᾳ· πλὴν τοῦ ὅτι ἐν τῷ προστίθησί τινα ἀπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως συμβόλου, κἀκεῖνο τὸ Πνεῦμα τῆς Ἀληθείας τὸν Παράκλητον τὸ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Ἀπὸ τούτου σημείουμαι ἕτερόν τι πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑπόθεσιν, μὴ εἶναι κεκωλυμένον τὸ προφέρειν ἕτερον σύμβολον σύμφωνον τῇ ὀρθῇ πίσει. Τοῦτο δὲ φαίνεται, ἡνίκα ἐγγὺς πρὸ τοῦ ὅρου, ἀναγνωσθέντων δύο συμβόλων, τὸ μὲν ἓν φανερῶς καταδικάζεται, ἕπεται δὲ κυροῦσθαι τὸ ἕτερον διὰ τῆς Συνόδου· ἐπεὶ, εἴπερ ἦν ἐν ἐκείνῳ τί ψεύδους, ἡ Σύνοδος κατέκρινεν ἂν ἐκεῖνο, καθὼς καὶ τὸ ἕτερον. Ἀλλὰ φασίν τινα ἰδιωτικὰ πρόσωπα οὐ κωλύεται προστιθέναι, ἢ ἀναπτύσειν ἐν τῇ ἐκθέσει, ἢ ὁμολογίᾳ τῆς ἰδίας πίσεως· ἄλλως δὲ περὶ τῆς κοινότητος, ἢ τῆς καθόλου ἐκκλησίας· πρὸς τοῦτο ἀπολογούμεθα διὰ τῆς ὑφῆς τοῦ ὅρου, τοῦ λέγοντος περὶ παντὸς προσώπου καθόλουτε, καὶ ἰδίως, καὶ οὕτω κοινῇ ὡς ἰδίᾳ· λέγει γὰρ μηδενὶ ἐξεῖναι, ὅπερ κατὰ τὴν διανοίαν αὐτῆς τῆς λέξεως ἀναλύεται οὕτω ἄρα οὔτε οὗτοι, οὔτε ἐκεῖνοι, μέχρι παντὸς, καὶ ἑκάστου ἀνθρώπου. Ἔτι ὀνομάζει οὐ μόνον

thodoxi, & Nicaenae Fidei ſectatoris, Symbolumque Neſtorianum reiicientis, hoc alterius fidei eſſe adſerit, immo peſſimae fidei, contemnens Patrum Nicaenorum Fidem, & Symbolum Nicaenum de verbo ad verbum confitetur, niſi quod illi nonnulla Conſtantinopolitani Symboli adiicit, & illud *Paraclitum Spiritum veritatis*, *Conſubſtantialem Patri*, *& Filio*. Ex quo adnoto & hoc aliud ad rem cauſamque noſtram, vetitum non eſſe proferre alterum Symbolum rectae Fidei conſonum. Id autem adparet, quum paulo ante definitionem duobus Symbolis recitatis, alterum quidem manifeſte damnatur; ſequitur ergo alterum ratum haberi per Synodum. Si quid enim falſi extitiſſet in illo, Synodus & illud damnaſſet, ſicuti & alterum. At enim dictitant: non inhibetur privatis perſonis adponere, vel explicare aliqua in expoſitione, ſive confeſſione privatae Fidei, aliter vero de communi, aut univerſa Eccleſia. Ad haec ſatisfacimus textum definitionis ferentes, quae de unaquaque perſona, & generatim, & nominatim, tam communiter, quam privatim loquitur; dicit enim *nemini licere*, quod juxta vocabuli ſenſum ita explicatur; neque iſti, neque illi ad omnes uſque, & ſingulos homines. Inſuper non ſolum

to-

νον τὴν κοινότητα πάσης τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ τὰ μερικὰ μέλη, δηλονότι, κἂν εἶεν Ἐπίσκοποι, ἢ κληρικοὶ, ἢ λαϊκοί. καὶ ὁπόταν λέγῃ περὶ λαϊκῶν, τῶν μὴ εἰωθότων τοῦ ἐλάχιστον κατὰ τοὺς λατίνους ψάλλειν δημοσίᾳ τὸ σύμβολον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, φαίνεται συμπεριλαμβάνειν τοὺς πάντας, καὶ ἑκάστους. Ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀρθῆναι πᾶσαν ἀμφιβολίαν, ἐν τῷ τέλει τοῦ ὅρου τίθενται ῥήματα ἐν ἐνίκῳ ἀριθμῷ ὑπὸ τούτοις τοῖς ῥήμασιν· οὕτως ἵνα ἡ καταφανὲς τὸν μὲν Ἐπίσκοπον ἀλλοτριοῦσεσθαι τῆς Ἐπισκοπῆς, καὶ καθηρημένον, τὸν δὲ κληρικὸν ὁμοίως μετακινηθήσεσθαι τοῦ κλέρου, ἂν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀνάθεμα ἔσεσθαι ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. Ἀλλὰ τούτοις λέγουσιν ὅτι ἡ κοινότης κωλύεται οὐχὶ πρόσωπα μερικὰ, προσίσταται τὸ ὂν ἐν τῇ ἑκτῇ συνόδῳ, ἐν ᾗ ἀναγινώσκεται τὸ σύμβολον, καὶ ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως Ἀγάθωνος Πάπα, καὶ πάσης τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας, ἐν οἷς πολλὰ προστίθενται, ἅτινα οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ συμβόλῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ, ἢ τῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀλλὰ οὐκ ἀπαίδευτα ἐκείνοις, μαλλομενοῦν συμφωνοῦντα ἐν τῇ ὀρθῇ πίστει. Παρὰ ταῦτα ὁπόταν ἡ ὑφ' αὐτῇ ἁπλῶς λέγῃ μὴ διαστέλλουσα μεταξὺ τούτων, ἢ ἐκείνων τῶν προσώπων, μᾶλλον συμπεριλαμβάνουσα πάντα, οὐκ ἔστι δίκαιον περισφίγγεσθαι κατὰ τῆς ἰδίας τῶν ῥήματων δυνάμεως πρὸς τινὰ πρόσωπα. Νοῦμενα τοίνυν ἀληθῶς,

ὡς

totius Eccleſiae communitatem nominat, verum & peculiaria membra, ſcilicet etſi fuerint Epiſcopi, ſive Clerici, ſive Laici: & quoties ſermonem habet de Laicis, ne minimum quidem adſuetis apud Latinos publice in Eccleſia Symbolum canere, clarum eſt univerſos, & ſingulos in unum comprehendere. Sed ad omnem dubitationem e medio tollendam, in fine ipſius definitionis verba in ſingulari numero adponuntur ſub iiſdem verbis, ita ut planum ſit, Epiſcopum removendum ab Epiſcopatu & deponendum, Clericum vero ſimiliter excidere a Clericatu, ſi vero Laicus fuerit, & ipſum anathema fore, ut ſuperius dictum eſt. Sed his, qui adſerunt id communitati prohibitum, non vero privatis perſonis, opponitur quod in ſexta Synodo continetur, ubi legitur Symbolum, & Confeſſio Agathonis Papae, & totius Occidentalis Eccleſiae, in quibus multa addita ſunt, quae in Nicaeno, & Conſtantinopolitano non exiſtunt, non illis certo contraria, immo conſona in recta Fide. Praeterea quoties textus ipſe ſimpliciter ſe ſe habet, nullam diſtinctionem faciens inter has, vel illas perſonas, quin potius omnes complectens, fas non eſt contra propriam verborum vim contrahere ad aliquas perſonas. Intelle

ὡς ὀφείλει νοεῖσθαι περὶ ἑτέρας πίστεως, τοῦτ' ἔστιν, ἐναντίας τῇ ὀρθῇ πίστει, ἔχει χώραν ἐν πᾶσι τοῖς προσώποις κοινῇτε, καὶ ἰδίᾳ. Ἐπειδὴ οὔτε πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, οὔτε μέρει, οὔτέ τισι προσώποις ἐξεγένετο, ἢ πότε ἐξέσται προφέρειν, διδάσκειν, γράφειν, ἢ φρονεῖν, παρρησίᾳ ἢ κεκρυμμένως, κοινῇ ἢ ἰδίᾳ ἑτέραν παρὰ τὴν ὑγιέα πίστιν, ἢ ἕτερον σύμβολον ἀλλότριον δηλονότι τῆς ὀρθῆς πίστεως, ὡς ἦν τὸ τῶν Νεστοριανῶν. Ἀλλ' ἐρεί τις, ἆρα ἑκάστη Ἐκκλησία μερικὴ δυνήσεται δημοσίᾳ ψάλλειν ὁποῖον ἂν ἐθελήσῃ σύμβολον, καὶ προστιθέναι ὅτι ἂν ἐθελήσῃ, ἔσταν ὁμοφωνοίη τῇ ὀρθῇ πίστει; Ὅθεν φαίνεται δύνασθαι ἀκολουθῆσαι ἀπὸ ταύτης τῆς διαφορᾶς, καὶ ἀδείας σκάνδαλόν τε, καὶ σύγχυσιν. Λέγω οὖν ὅτι οὐ κωλύεται ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ τούτου ὅρου, τοῦ μόνον κωλύοντος τὴν ψευδῆ, καὶ μὴ ὑγιέα πίστιν προφέρεσθαι, οὐ μόνον ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις, ἢ λεωφόροις; ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις, καὶ πανταχῇ, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς μυχοῖς τῶν καρδίων· ἡνίκα προστίθησιν ἔτι τὸ ῥῆμα τὸ φρονεῖν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν ταῖς θείαις λειτουργίαις αἱ μερικαὶ Ἐκκλησίαι ὀφείλουσι συντηρεῖν τὸ ἔθος τῶν μειζόνων Ἐκκλησιῶν, οὐκ ἔξεσται τὴν τοιαύτην παρεισάγειν καινότητα. Ἐπειδὴ δὲ ἡ Ἀποστολικὴ Καθέδρα ἀνωτέρα ἐστὶ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν τόπον τοῦ Χριστοῦ φέρει ἐπὶ γῆς, ὡς Εὐαγγέ-

γέ-

ɛta igitur vere, ut intelligi debent, verba de alia fide, videlicet de fide contraria rectae Fidei, locum habent in omnibus perſonis, & communiter, & privatim, quandoquidem neque univerſali Eccleſiae, neque particulari, neque certis perſonis licuit, aut aliquando licebit proferre, tradere, vel tenere palam, aut occulte, communiter, aut privatim Fidem a ſana Fide aberrantem, vel aliud Symbolum a recta Fide alienum, quemadmodum erat Symbolum Neſtorianorum. Dicet fortaſſe aliquis: Ergo unaquaeque particularis Eccleſia publice pſallere poterit quodcumque voluerit Symbolum, & addere quod placuerit, dummodo ſit conforme rectae Fidei? Quare ex hac differentia, ac libertate oriri poſſe videtur ſcandalum, & confuſio. Reſpondeo itaque, hoc vetitum non eſſe per illa definitionis verba, prohibentis ſolum proferre falſam, & non veram fidem, nec in Eccleſiis tantum, aut publicis viis, ſed & in privatis etiam domibus, & ubique: ſiquidem addit etiam verbum *tenere*. Quoniam vero in divinis Liturgiis ſingulae Eccleſiae conſuetudinem maiorum Eccleſiarum ſervare debent, non licebit hujuſmodi adducere novitatem. Quum autem Apoſtolica Cathedra ſuperior ſit omnibus Eccleſiis, & locum Chri-

γέλια τρανῶς μαρτυροῦσι, καὶ κατὰ τοὺς ἁγίους πατέρας τὴν καθολικὴν παριστᾷ Ἐκκλησίαν ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως, τῷ ἐν τοῖς θείοις δημοτίχῳ ψαλλομένῳ ἐν Ἐκκλησίαις, ὀφείλουσι πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι ταύτῃ ἀκολουθεῖν μητρὶ οὔσῃ, καὶ διδασκάλῳ πασῶν. Οὐδὲ ἄρθρον, ἡνίκα περὶ ἐκείνου ζητηθήσεται, πεπλατυσμένως διασαφηθήσεται. Κατὰ τὸ παρὸν δὲ, ἐπειδή περ τὰ πρακτικὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου ἔχομεν ἀνὰ χεῖρας, τὴν μαρτυρίαν ἐκείνην ἐξ ἐπιστολῆς τινὸς τοῦ Κυρίλλου τῆς ἀρχομένης, Ἔγνων παντάπασιν, ἀρκοῦν ἂν εἴη παραγάγειν. Ἡ Σύνοδος, ἔφη, ἡ ῥωμαϊκὴ ἔγραψέ τινα, ὧν ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑπακούειν, κατέχοντα πάσης τῆς δύσεως τὴν κοινωνίαν, καὶ κατωτέρω, ἡμεῖς ἑπόμεθα τοῖς παρὰ τῆς ῥωμαϊκῆς Συνόδου κριθεῖσιν. Προστεθήτω κἀκεῖνα ἀπὸ τῆς Συνοδικῆς ἐπιστολῆς τοῦ μακαρίου Πάπα Ἀγάθωνος τῆς ἀναγνωσθείσης, καὶ στερχθείσης ἐν τῇ ἑκτῇ Συνόδῳ· ὅπως ἐκ τῆς ὑπηρεσίας τῆς ἑαυτῷ ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ μακαρίου Πέτρου ἐμπιστευθείσης, ἐπίκειται ἀναφυομένων πλανῶν διδάσκειν, καὶ μυσταγωγεῖν τοὺς λαοὺς τὴν ἀλήθειαν, καὶ στηρίζειν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ὅτι τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἡ διδασκαλία, ὡς δῆθεν τοῦ ἐξάρχου πάντων τῶν Ἀποστόλων, ἣν πᾶσα ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ αἱ οἰκουμενικαὶ Σύνοδοι πιστῶς περιπτύσσουσι, ἐν πᾶσιν ἐπακολουθεῖται.

ζ'. Ἀποδείκνυται ἡ προειρημένη διάνοια, ὅτι

ὡς

ſti in terra teneat, ut Evangelia manifeſtiſſime teſtantur, & iuxta Patres Catholicam repraeſentet Eccleſiam in Symbolo Fidei, quod in divinis officiis publice canitur in Eccleſiis, debent ceterae Eccleſiae eam ſequi, quae mater omnium eſt, & magiſtra. Qui quidem articulus, quum de illo quaeſtio erit, fuſius explicabitur. Impraeſentiarum autem, quoniam ea, quae agenda ſunt, iuxta Synodum Epheſinam, prae manibus habemus, teſtimonium illud ex Epiſtola quadam Cyrilli incipiente: *Cognovi omnino*, adducere ſit ſufficiens. *Synodus* (inquit) *Romana ſcripſit aliqua, quibus neceſſarium eſt obedire, quae totius Occidentis communionem continent*; & inferius: *Nos ſequimur Romanae Synodi decreta*. Addantur & illa ex Epiſtola Synodica Beati Agathonis Papae lecta, & cum dilectione accepta in ſexta Synodo. Quomodo ex miniſterio in perſona D. Petri ſibi concredito iniungitur exortis erroribus docere, atque initiare populos in veritate, fratreſque confirmare; & quod Apoſtolicae Cathedrae, ſcilicet Principis omnium Apoſtolorum doctrina, quam univerſa Catholica Eccleſia, & Oecumenicae Synodi fideliter amplectuntur, in omnibus ſervanda ſit.

VII. Praelaudatus ſenſus clarior redditur,

ὡς λέγει ὁ Κελεστῖνος ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς τὴν Σύνοδον ἰθυνθείσῃ, Οἱ Ἐπίσκοποι, οἱ Πατέρες τῆς Συνόδου, καθάπερ διεδέξαντο τοὺς Ἀποστόλους ἐν τῇ τιμῇ, οὕτω καὶ ἐν τῷ κόπῳ, καὶ ἑπομένως ἐν τῇ τελειώσει τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐνετείλατο κηρύττεσθαι τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει, καὶ διδάσκειν τὰ ἔθνη· εἰ δ' οὐκ ἐξῆν ἑτέραν πίστιν προφέρειν, τοῦτ' ἔστιν ἑτέραν ἀνάπτυξιν, ἢ ἕτερα ῥήματα, παρὰ τὰ ἐμπεριεχόμενα ἐν τῷ ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ, ὅπερ ἐστὶν ὀλιγίστων ῥημάτων, ὡς ἔπρεπε πάντως εἶναι, τότε οὐκ ἂν δυνηθείησαν πολλὰ τὰ περιεχόμενα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, καὶ νέα κηρύττειν. ὁδὲ γελοῖον ἐστίν.

ή. Ἀποδείκνυται ἡ διάνοια αὐτὴ ἀπό τινος ὁμιλίας τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου, γενομένης πρὸς τὸν Βασιλέα Μαρκιανὸν, ἧς ἡ ἀρχή· Καὶ τοῦτο ὁμολογουμένως, ἐν ᾗ λέγεται· μηδεὶς ἐγκαλείτω τὸν μακάριον Λέοντα ὡσανεὶ ξένον, καὶ ἄγνωστον, τοῖς κανόσι τῶν πατέρων ἔκθεσιν ποιησάμενον, ὡσανεὶ μὴ ἐξεῖναί τινι ἐκτιθέναι τὴν πίστιν, πλὴν τῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων· Ἀνάγκη ἦν οὕτω ποιῆσαι κατὰ τῶν ἀνθισταμένων τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ὅτι τοῖς τὴν ὀρθὴν διδασκαλίαν ἀνατρέπειν ἐπιχειροῦσι δεῖ ἅπαντας. Καὶ γὰρ εἰ πάντες ἠρκοῦντο τῇ πίστει τῇ ὁρισθείσῃ, καὶ τῆς εὐσεβίας τὴν τρίβον οὐδεμίᾳ ἐτάραττον καινοτομίᾳ, ἤχθην ἂν τοὺς

τῆς

quoniam ſicuti Caeleſtinus ait in Epiſtola ad Synodum miſſa, Epiſcopi *Sinodi Patres quemadmodum Apoſtolis in honore ſucceſſerunt, ita & in labore, & conſequenter in perfectione mandatorum Chriſti;* ſed Chriſtus praecepit praedicari Evangelium omni creaturae, & docere gentes: ſi ergo non liceret alteram fidem proferre, ſcilicet alteram expoſitionem, vel alia verba praeter ea, quae habentur in Symbolo Nicaeno pauciſſimis compoſito, uti eſſe omnino decebat, tunc multa, quae in Evangelio, & in novo, ac in veteri Teſtamento continentur, enunciari non poſſent: Quod quidem riſu excipiendum eſt.

VIII. Mens ipſa explicatur ex quadam Homilia Concilii Chalcedonenſis ad Marcianum Imperatorem, cuius initium *Et hoc ſine controverſia*, in qua dicitur: *Nemo accuſet beatum Leonem tanquam hoſpitem, & ignarum, eo quia Canones Patrum expoſuerit, ac ſi nulli Fidem declarare liceret, niſi Patribus Nicaeae congregatis. Neceſſe erat ita agere contra veritatis adverſarios, & quod obſiſtere oportet conantibus ſanam doctrinam evertere.* Etenim ſi cuncti Fidei definitae acquieſcerent, & pietatis ſemitam nulla novitate turbarent, illud mihi ſuaderem, Eccleſiae filios nihil ultra

τῆς Ἐκκλησίας ἰοὺς μηδὲν περαιτέρω διαλογίζεσθαι τοῦ διασαφηθέντος Συμβόλου· ἀλλ' ἐπειδή περ πολλοὶ ἀπὸ τῆς ὀρθῆς γραμμῆς διὰ τῶν τῆς πλάνης ἀνοδίων ἐκπίπτουσιν, ἑαυτοῖς τοῦ ψεύδους καθιστάντες ὁδὸν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν ἐπιστρέψαι ἐκείνους τῇ τῆς ἀληθείας εὑρέσει, τὰ ὑπομνήματατε ἐκείνων τὰ ἀλλόκοτα σωτηρίοις ἀντιθέσεσιν ἀνασκευάσαι· ὡσὰν οὐ νέων πρὸς τὴν εὐσέβειαν οἰονεὶ τῇ πίστει ἐλλειποντι ἐκζητῶμεν, ἀλλὰ κατ' ἐκείνων καὶ τῶν ἐκείνων ἐξευρημένων διανοώμεθα τὰ δοκοῦντα σωτήρια.

Θ'. Ἀποδείκνυται αὐτὴ ἡ διάνοια ἀφ' οὗ ἔφη ὁ Ἀπόστολος εἰς ἐπιστολὰς, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· εἰδὲ μία ἐστὶ μόνον ἡ πίστις, ὁπόταν λέγηται μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν προφέρειν παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τὴν ὁρισθεῖσαν ἐκεῖ ἀληθῆ εἶναι πίστιν, καὶ μόνην· φαίνεται ἑτέραν πίστιν μὴ εἶναι, ἀλλ' ἢ τὴν ψευδῆ, καὶ διεστραμμένην· καθάπερ, ὁπόταν λέγηται μὴ προσκυνήσης ἕτερον Θεὸν παρὰ τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ, προσήκει νοεῖν περὶ ἑτέρου Θεοῦ μὴ ὄντος ἀληθοῦς, ἀλλὰ ψεύδους.

ι'. Ἀποδείκνυται ἡ προειρημένη διάνοια, ἀφ' ὧν φήσιν ὁ Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῇ· οὐκ ἀρκεῖ σοι ὁμολογεῖν μόνον τὸ ἐν Νικαίᾳ συμβολον, ἐπειδή περ εἶκειν, οὐκ ὀρθῶς ἑρμηνεύειν, ἀλλὰ δεῖ σε ὁμολογεῖν τὰ κατωτέρω γεγραμμένα ιβ' κεφάλαια, ἃ δηλαδὴ πρὸς σαφήνειαν τοῦ ἐν Νικαίᾳ Συμβόλου

ἦν,

tra loqui poſſe, quam quod eſt in Symbolo declaratum. Verum quum multi a recta linea per errorum impervia declinent, mendacii viam ſibimetipſis ſternentes, neceſſe eſt nobis illos per veritatis inveſtigationem convertere, eorumque abſurdos commentarios ſalutaribus refellere oppoſitionibus, non ut novum quippiam, nempe Fidei, pietatis ergo deficienti exquiramus; ſed ut adverſus illos, eorumque inventa excogitemus, quae videntur ſalutaria.

IX. Senſus ipſe declaratur ex eo, quod in epiſtola ait Apoſtolus *una Fides*, *unum Baptiſma*. Si ergo eſt una tantum Fides, quando dicitur nemini licere alteram Fidem proferre praeter Nicaenam, & definitam ibi eſſe veram, & ſolam Fidem; adparet aliam Fidem non eſſe, niſi falſam, & diſſonam. Quemadmodum quum legitur: *Non adorabis Deum alienum*, *praeter Deum Coeli*, intelligi debet de alio Deo, qui non eſt verus, ſed falſus Deus.

X. Ea etiam, quae ſcripſit Cyrillus ad Neſtorium, praefatam Synodi mentem dilucide exponunt. Dicit enim: *Non ſufficit tibi confiteri ſolum Symbolum Nicaenum*, *quoniam cedere non eſt recte interpretari*, *ſed confiteri debes duodecim inferius conſcripta capita*, *quae profecto ad Nicaeni*

Sy-

ἦν καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἀληθείας, ἐν οἷς πολλὰ περιέχονται, ἅπερ ἀνεπτυγμένως ἐν τῷ συμβόλῳ οὐκ ἐκτέθεινται. Καὶ διὰ τούτου, ὡς φαίνεται τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο τὸ μηδενὶ ἐξέστω ἑτέραν πίστιν προφέρειν παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ, οὐ περὶ ἄλλης ἀναπτύξεως σαφεστέρας, καὶ φανερωτέρας ὀφείλειν νοεῖσθαι, ἀλλὰ περὶ ἐναντίας, καὶ διεστραμμένης πίστεως· ἄλλως γὰρ ὁ προειρημένος ὅρος ἦν ἂν κατ' αὐτῶν τῶν πατέρων τῶν ὁριζόντων.

ια'. Ἀποδείκνυται ἡ προειρημένη διάνοια ἐκ μεγάλου ἀτόπου, ὅπερ συνέβαινεν ἂν ἐντεῦθεν, εἴπερ ἑτέρα ἀνάπτυξις τρανωτέρα ἐκωλύετο, ἢ ἑτέρα ῥήματα λέγειν παρὰ τὰ ἐν τῷ ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ· Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ταῖς κωλύσεσι τῶν ἑπομένων Συνόδων κωλύεται ἑτέραν πίστιν φρονεῖν, ὅστις ἂν ἐν τῷ νῷ φρονοῖ τῷ ἑαυτοῦ ἀληθειάν τινα τῆς Ἱερᾶς Γραφῆς, μὴ οὖσαν ἀνεπτυγμένως ἐν τῷ συμβόλῳ περιπεσοῦ ἂν τῷ νόμῳ. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ἅγιοι διδάσκαλοι, οἱ διασαφηκότες, λέγοντες, διδάσκοντες, γράφοντες πολλὰς ἑτέρας εὐαγγελικὰς, καὶ ἀποστολικὰς ἀληθείας· Ἀλλ' ὁπόταν λέγῃ ὁ Ἀπόστολος καρδίᾳ πιστεύεται πρὸς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ἡ ὁμολογία γίνεται εἰς σωτηρίαν, πᾶν ὅτι περ χρεία ἔστι πιστεύειν, ἀνάγκη καὶ προφέρειν, εἰ δ' ἔξεστι πιστεύειν, καὶ προφέρειν, ἔξεστι γράφειν καὶ διδάσκειν.

ιβ'. Φαίνεται ἡ διάνοια αὐτὴ· ἐπειδή περ ἡ κω-

Symboli, & Evangelicae veritatis declarationem adpoſita ſunt, in quibus multa habentur, quae explicite in Symbolo non exponuntur. Et ex his colligitur ea verba, ſcilicet *Nemini liceat alteram Fidem proferre praeter Nicaenam*, non de alia Fidei expoſitione clara magis, & plana intelligenda eſſe, ſed de diverſa, & diſſona Fide. Nam ceteroquin praelaudata definitio ipſis Patribus definientibus contraria foret.

XI. Maxima quae evenirent incommoda, ſi expoſitio magis perſpicua prohiberetur, vel alia proferre verba praeter ea, quae in Symbolo Nicaeno exiſtunt, Concilii ſenſum patefaciunt. Quum enim in ſubſequentium Synodorum prohibitionibus alteram Fidem tenere inhibeatur, quiſquis mente ſua veritatem aliquam Sacrae Scripturae conciperet, clare in Symbolo non exiſtentem, deficeret a lege. Pariter & omnes ſacri Doctores explicantes, exponentes, docentes, tradentes quamplurimas alias Evangelicas, & Apoſtolicas veritates. Verum quando ait Apoſtolus: *corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*, omne, quod oportet credere, neceſſe eſt proferre; ſi autem licet credere, & proferre, licet ſcribere, & docere.

XII. Mens ipſa manifeſta eſt; quandoquidem

κώλυσις αὐτὴ, οὐ μόνον μετὰ τὸ σύμβολον τίθεται, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοὺς ὅρους τῶν πατέρων. καὶ ὡς οὐκ ἔξεστι κατὰ τοὺς Γραικοὺς ποιῆσαι ἕτερον σύμβολον τῆς αὐτῆς ἀληθοῦς πίστεως, μᾶλλον ἀνεπτυγμένον, οὕτως οὐκ ἂν ἐξῆν ἑτέρους ὅρους ποιεῖν τῆς αὐτῆς πίστεως. καὶ καθὼς οὐκ ἔξεστιν ἀναπτύσειν τὸ σύμβολον, οὕτως οὐκ ἂν ἐξῆν ἀναπτύσειν τοὺς ὅρους· ἀλλὰ τοῦτο ἦν ἂν ἐναντίον πάσαις ταῖς ἐπακολουθησάσαις Συνόδοις, ταῖς ποιησάσαις νέας ἀναπτύξεις, καὶ ὅρους περὶ τῶν τῆς πίστεως ἀληθειῶν. Εἰ δέ τις λέγοι εἰς τὰ μάλιστα αἱ ἑπόμεναι Σύνοδοι ἀληθεῖς ἑτέρους ἐποιήσαντο ὅρους, οὐμέντοί ποτε νέον ἐποιήσαντο σύμβολον, οὔτε τούτῳ προσέθεσαν τί. Πότερον οὖν προστεθῇ τι ἐν ἑτέρῳ καιρῷ ῥηθήσεται· ἀλλὰ κατὰ τὸ παρὸν ἀποκρινόμεθα, ὅτι ἐπεται ἐπειδὴ οὐκ ἐποίησαν, ἆρα οὐδὲ ποιῆσαι ἠδύνατο· δύναται δ' εἶναι λόγος οὕτως· διότι προεώρων οἱ πατέρες ἐκεῖνοι τὰς ἀνεγερθείσας τότε νέας πλάνας δύνασθαι δι' ὅρων σβέσαι, διὰ τούτων οὐκ ἦν ἐκείνοις φρονητὶς τιθέναι ἀνάπτυξίν τινα ἐν τῷ συμβόλῳ· Ἀλλ' οἱ Λάτινοι ὁρῶντες τὴν πλάνην τῶν οἰομένων τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον οὐκ ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, μὴ δύνασθαι ῥᾳδίως ἐκριζωθῆναι, ὅτι μὴ συνεχεῖ καὶ δημοσίᾳ ψαλμῳδίᾳ, ἐσκεμμένως καὶ ἀναγκαίως ἐν τῷ συμβόλῳ προσέθεσαν, διότι τεθείκασιν.

ιγ'.

prohibitio haec non ſolum ponitur poſt Symbolum, verum etiam poſt definitiones Patrum; & ſicuti non licet iuxta Graecos aliud Symbolum eiuſdem verae Fidei clarius componere, ita neque fas erit alias definitiones proferre ipſius Fidei: & quemadmodum datum non eſt Symbolum exponere, ita neque licebit definitiones explicare. Sed hoc ſubſequentibus Synodis foret oppoſitum novas explicationes, novaſque conficientibus de Fidei veritatibus definitiones. Si quis autem dicat: maxima urgente neceſſitate, ſequentes Synodi quaſdam alias definitiones condiderunt, nunquam vero novum Symbolum fecere, nec quicquam illi addiderunt, utrum aliquod adpoſitum fuerit, alias dicetur: nunc autem reſpondemus, quum non fecerint, non ſequitur, quod facere non potuerint. Sermo enim ita poteſt inſtitui: Quoniam praevidebant Patres illi, exortos tunc novos errores per definitiones poſſe deſtrui, propterea cura illis non inſidebat expoſitionem aliquam in Symbolo adponere. Sed Latini videntes, errorem eorum, qui autumabant Spiritum Sanctum non procedere ex Filio, haud facile evelli radicitus poſſe, niſi perpetuo, & publico cantu, conſiderate, & neceſſario in Symbolo adieciſſent, ideo addidere.

ιγ'. Φαίνεται ἡ διάνοια αὐτὴ ἀπὸ τῶν ἐκφερομένων ἐν τῷ τόμῳ τῆς πίστεως τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου, μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ἐν Νικαίᾳ Συμβόλου, καὶ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἔνθα λέγεται. Ἤρκει μὲν οὖν πρὸς πληρεστάτην τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσιν, καὶ βεβαίωσιν τὸ ἀσφαλέστατον τοῦτο καὶ σωτήριον τῆς θείας χάριτος σύμβολον. Περὶ Πατρὸς γὰρ καὶ Τἱοῦ, καὶ Ἁγίου Πνεύματος διδασκαλίαν ἐκδιδάσκει τελείαν, καὶ τὴν κυριακὴν σάρκωσιν τοῖς πιστῶς ὑποδεχομένοις φανεροῖ. Ἐπειδὴ δέ τινες τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας καταστρέφειν πειρώμενοί, τινας τῆς ἑαυτῆς αἱρέσεως καινοτομίας ὠδίνουσι, διὰ τούτων ἡ Ἁγία Σύνοδος βουλομένη τὰ μηχανήματα τούτων ἀποκλείσαι, ἔταξε, καὶ τὰ λοιπά· καὶ ἐν τῷ τέλει λέγει· οὐχ ὅτι ἐν τοῖς προλάβουσί τι παραλεῖπον προστιθέντες, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος τὴν διάνοιαν ταύτης, κατὰ τῶν ἐπιχειρόντων ἀρνεῖσθαι τῆς αὐτοῦ θεότητος τὴν κυριότητα, ταῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν μαρτυρίαις διασαφοῦντες· Ὅθεν φαίνεται ὅτι τὸ διασαφεῖν τὴν πίστιν, εἴτε τὸ σύμβολον, οὐκ ἐστὶ προσθήκη κυρίως, οὔτε μὴν νομωκεκωλυμένη.

ιδ'. Φαίνεται ὁμοίως ἀπὸ τῆς ζ'. Συνόδου ἐν ᾗ οὕτω λέγεται. Μετὰ πάσης οὖν ἀκριβείας ἐρευνήσαντες, καὶ διασκεψάμενοι, καὶ τῷ σκόπῳ τῆς ἀληθείας ἀκολουθήσαντες οὐδὲν ἀφαιροῦμεν, οὐδὲν προστί-

XIII. Idem ſenſus in propatulo conſtituitur ex relatis in Codice Fidei Chalcedonenſis Concilii, ubi poſt recitationem Symboli Nicaeni, & Conſtantinopolitani, dicitur: *Sufficit quidem ad pleniſſimam Religionis cognitionem, & confirmationem firmiſſimum hoc, & ſalutare divinae Gratiae Symbolum. De Patre enim, & Filio, & Spiritu Sancto perfectam doctrinam tradit, & Domini noſtri Ieſu Chriſti Incarnationem fideliter accipientibus patefacit. Quoniam vero ii, qui veritatis praedicationem ſubvertere conantur, quaſdam propriae haereſis novitates parere geſtiunt; hiſce de cauſis Sancta Synodus volens machinationes eorum omnes eludere, decrevit*, & reliqua; & in fine ait: *Non quaſi aliquid deeſſet prioribus adiicientes, ſed propriam de Spiritu Sancto ſententiam contra illos, qui proprietatem divinitatis eius negare tentaverant, Scripturarum teſtimoniis declarantes*. Quare perſpicuum eſt Fidem ſive Symbolum explanare, proprie additamentum non eſſe, neque vetitum a lege.

XIV. Adparet ſimiliter ex ſeptima Synodo, in qua ita legitur: *Ergo cum omni diligentia perſcrutantes, & diſcutientes, & veritatis ſcopum ſectantes, nihil adimimus, nihil addimus*. Profitetur

στιθεμεν. Λέγουσιν οἱ Πατέρες ἐκεῖνοι μηδὲν προστιθέναι, μηδὲν ἀφαίρειν τῶν ὁρισθέντων διὰ τῶν Ἁγίων Πατέρων, ἀλλ' ὁμῶς νέαν ποιοῦνται ἀνάπτυξιν τὴν πρότερον μὴ οὖσαν περὶ τὰς προσκυνεῖν τὰς εἰκόνας. Ἀπὸ τούτου δύο τινα ἔλκονται, ὅτι ἡ ἀνάπτυξις, καὶ ἡ μείζων ἐξάπλωσις τῆς ἀληθείας, οὐκ ἐστὶ κυρίως προσθήκη, οὐδὲ κεκωλυμένη, ἔτι, ὅτι δεῖ ἀεὶ τῷ σκόπῳ τῆς ἀληθείας ἀκολουθεῖν. Οὐκ ἦν γὰρ φροντὶς τοῖς Ἁγίοις Πατράσι κωλύται τὴν τῶν λέξεων προφορὰν, καὶ τῶν συλλαβῶν, ὅτι μὴ μόνον ἐκείνων τῶν ἀνατρεπούντων τὴν ἀληθῆ νοῦν, καὶ τὴν ἀληθῆ διάνοιαν, ὡς κατωτέρω ῥηθήσεται.

ιέ. Δηλοῦται ἡ διάνοια αὐτὴ ἀπὸ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει Συμβόλου, περὶ οὗ οὐδεμία γέγονε μνήμη ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ Συνόδῳ. Ἢ γὰρ οἱ Πατέρες οἱ ἐν Ἐφέτῳ, ἐπειδή περ οὐκ ὠνόμασαν ἐκεῖνο, οὐκ ἠθήλησαν ἵνα προφέρηται, καὶ, τότε κατὰ τῆς κωλύτεως ἦν οἱ Γραικοί φασιν, ὀφείλει εἶναι ἀσάλευτον, καὶ μετακινεῖσθαι ἀδύνατον, οὐκ ἂν ἦν ἐξὸν χρῆσθαι ἐκείνῳ. ἢ εἴ περ ἠθέλησαν ἵνα εἴη ἐν χρήσει, τότε φαίνονται νενομικότες ἐκεῖνο ταυτὸν τῷ ἐν Νικαίᾳ Συμβόλῳ, τούτῳ τῷ λόγῳ ὅτι οὐ περιέχει ἐναντίαν ἐκείνῳ πίστιν, ῥήματα δὲ ἕτερα, καὶ πλείονα περιέχειν δῆλον ἐστίν. Ἆρα φαίνεται τὸν σκοπὸν τῶν Πατέρων γεγονέναι μὴ κωλύσαι ἑτέρων καὶ πλειόνων ῥημάτων ἀληθῆ ἀνάπτυξιν· καὶ τοῦτο παρ-

ῥη-

tentur Patres illi nihil addere , nihil adimere eorum , quae per Sanctos Patres definita sunt ; & nihilominus novam condunt expositionem , quae antea non erat, circa Imaginum adorationem . Ex quo duo aliqua deducuntur ; quod explicatio, & explanatio maior veritatis non est proprie additio , neque a lege prohibita ; insuper quod semper ad veritatis scopum animum intendere oportet . Non enim Patrum erat maxima ratio prohibendi vocum , & syllabarum omnium enunciationem , nisi illarum solum , quae veram mentem , verumque sensum everterent , ut inferius dicetur .

XV. Ex Symbolo Constantinopolitano , de quo nulla facta fuit mentio in Concilio Ephesino , sensus ipse declaratur . Vel enim Patres Ephesi quum illud haud nominaverint, noluerunt ut proferretur ; & hoc contra prohibitionem, quam Graeci dicunt, firmum esse debet , & nulli mutationi obnoxium , non liceret illo uti ; vel si voluerunt ut in usu esset , videntur certe existimasse , illud esse idem ac Nicaenum Symbolum ea ratione quod non complectitur fidem illi contrariam ; diversa tamen , & plura verba continere manifestum est . Adparet itaque Patrum scopum fuisse , non prohibere aliorum , plurimorumque verborum veram expo-

ρησίᾳ εἶπον αὐτοὶ οἱ Γραικοί. Ὅτι εἰ καὶ τὰ μάλιστα τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει Συμβολον διαφέρει ἐν ῥήμασι τοῦ ἐν Νικαίᾳ, ὁμῶς ἐπεὶ οὐ διαφέρει κατὰ τὴν ἔννοιαν, καὶ τὴν ἀληθείαν, οὐκ οἰητέον εἶναι ἕτερον, ἀλλ' ἓν καὶ τοῦτο· λέγοντες, ὅτι ἀναγνωσθέντος ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ Συνόδῳ τοῦ ἐν Νικαίᾳ Συμβόλου, νοεῖται ἀνεγνῶσθαι καὶ τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει. Τοῦτο δήπουθεν δύνανται καὶ Λατῖνοι λέγειν ὑπὲρ ἑαυτῶν. Ὅτι εἰ καὶ τὰ μάλιστα τὸ ῥωμαϊκὸν Σύμβολον ῥηματικῇ διὰ λέξεων ἐκθέσει διαφέρει τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν πολλοῖς τοῦ ἐν Νικαίᾳ, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει· ὁμῶς ἐπειδὴ οὐ διαφέρει κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν ἀληθείαν, εἰκότως οἰητέον ἐστὶν ἓν καὶ τοῦτο τῷ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ ἀναγνωσθέντος τοῦ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἄξιον κρῖναι ἀνεγνῶσθαι καὶ τὸ ἡμέτερον ῥωμαϊκόν·

ις'. Δηλοῦται ἡ διάνοια αὐτὴ, ὅτι ἐπειδή περ τὰ ῥήματα τῆς κωλύσεως τῆς ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον γεγονυίας Συνόδου, εἰσὶ ταῦτα κατὰ τὸν νοῦν, τοῖς ῥήμασιν, ἃ λέγει πρὸς Γαλάτας ὁ Παῦλος· δηλαδὴ, κἂν ἡμεῖς, κἂν Ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμην, ἀνάθεμα ἔστω· καὶ ταῦτα τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα αὐτοί φασιν οἱ Γραικοὶ νοεῖσθαι περὶ ἐναντίου εὐαγγελισομένου. Τί μὴ ὁμοίῳ τρόπῳ νοοῦσι τὰ συνοδικὰ ῥήματα περὶ

ἐναν-

poſitionem ; & hoc Graeci ipſi firmo animo fatentur . Quoniam etſi Conſtantinopolitanum Symbolum a Nicaeno quo ad verba maxime differt , tamen cum non diſſentiat in ſenſu & veritate , cenſeri non debet diverſum eſſe , ſed unum , & idem ; dicentes , quod lecto in Synodo Epheſina Nicaeno Symbolo , intelligitur lectum & Conſtantinopolitanum . Hoc utique Latini de ſe ipſis adſerere poſſunt . Quia etſi Romanum Symbolum quo ad verbalem dictionum expoſitionem longe diſcrepet a Conſtantinopolitano , & in multis a Nicaeno , quemadmodum & illud Conſtantinopolitanum ; attamen quum aliter ſe non habeat circa ſenſum , & veritatem , iure meritoque cenſendum unum & idem cum Nicaeno , & Conſtantinopolitano ; & lecto Nicaeno , & Conſtantinopolitano aequum eſt exiſtimari lectum & hoc noſtrum Romanum .

XVI. Panditur ipſe ſenſus , quandoquidem verba prohibitionis in Concilio Epheſino factae , ſunt eadem circa mentem , cum verbis , quae profert Paulus , ſcribens ad Galatas , nempe : *Licet nos , aut Angelus de Coelo evangelizet vobis , praeterquam evangelizavimus vobis , anathema ſit* , & haec Apoſtolica verba Graeci quoque adfirmant intelligenda eſſe , de eo quod contra evangelizabi-

 tur .

ἐναντίας πίσεως; Ἀλλ' ἀντεπάγουσιν ὡς ἐπειδὴ μετὰ τὴν τοῦ Ἀποσόλου κώλυσιν, αὐτὴ ἡ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου κώλυσις ἕπεται, φαίνεται αὐτὴ ἡ β'. κώλυσις πλέον σημαίνειν, τοῦτ' ἔσι πᾶσαν ἀνάπτυξιν· Ἀλλὰ παρακαλῶ, τί περαιτέρω σημαίνει ἡ αὐτὴ κώλυσις τρίτον ἐπαναληφθεῖσα ἐν τῇ δ'. Συνόδῳ; τί τέταρτον ἐν τῇ ε'.; τί ε'. ἐν τῇ ς'.; τί ς'. μνημονευθεῖσα ἐν τῇ ζ'.; Ἐπειδὴ τοίνυν τοσαυτάκις ἐπαναληφθεῖσα μετὰ τὴν τρίτην Σύνοδον, οὐδὲν πλέον σημαίνειν δύναται παρ' ὃ ἐσήμηνεν ἐν αὐτῇ τῇ Γ.· ὁμοίως δικαῖόν ἐσι λέγειν, ὡς οὐκ ἄλλο σημαίνει τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων· μᾶλιςα εἰ τὴν διάνοιαν ἐκείνην ἐσήμαινεν, ἣν βούλονται οἱ Γραικοὶ, καὶ εἴποντο ἂν ἄπειρα ἄτοπα ἀνωτέρω ῥηθέντα. Οὐδὲ δεῖ θαυμάζειν περὶ ταύτης τῆς ἐπαναλήψεως τοῦ κωλύματος· ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἐπαναλαμβάνονται ἐν τοῖς νόμοις εἰς μείζονα ἢ διατράνωσιν, ἢ φόβον. Ἆρ' οὖν καὶ τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον οὐκ ἐπαναλαμβάνεται ἐν πάσαις ταῖς Συνόδοις, ὁμοίως καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει; μή ποτ' οὖν ἄλλο σημαίνει ἐν τῇ πρώτῃ ἀναγνώσει, ἢ ἐν τῇ δευτέρᾳ, ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις; Ἐρῶ πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου ἡ κώλυσις ἦν γεγονυῖα παρὰ τῶν Ἁγίων Πατέρων, ἢ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος τοῦ λαλοῦντος ἐν αὐτοῖς, ὡς ἔφη ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ ἐπισολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί· καὶ γὰρ

με-

tur. Quare ergo & ipſi verba illa Synodica pariter de aliena Fide non explicant? Sed reponunt quod quum poſt illam Apoſtoli Pauli prohibitionem altera haec prohibitio Synodi Epheſinae ſequatur, manifeſtum eſſe videtur ſecundam hanc prohibitionem maiora ſignificare, hoc eſt quamcumque expoſitionem. At peto quid amplius denotat prohibitio tertio repetita in quarta Synodo? Quid quarto in quinta? Quid quinto in ſexta? Quid ſexto in ſeptima? Quum igitur toties iterata prohibitio poſt tertiam Synodum, nihil amplius ſignificare valeat, quam quod exprimit in ipſa tertia; ita dicere par eſt non aliud ab Apoſtolicis verbis indicare; praeſertim ſi eumdem ſenſum exhibeat, quem Graeci deſiderant, & infinita ſequantur abſurda, ſuperius commemorata. Neque de hac prohibitionis repetione mirari oportet; ſimilia enim multoties in legibus iterantur vel ad maiorem explicationem, vel timorem. Numquid & Nicaenum Symbolum non repetitur in caeteris omnibus Synodis, aeque ac in Conſtantinopolitana? Ergo ne aliud ſignificat in prima lectione, quam in altera, aut in reliquis? Dicam praeterea quod ante Synodum Epheſinam prohibitio facta erat a Sanctis Patribus, vel a Spiritu Sancto loquente in ipſis, ut ait B. Cyrillus in Epi-

μετὰ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, ἵνα μὴ παράβασις γένηται ἑνὸς τοῦ ῥήματος, ἢ συλλαβῆς, ἀποδίδωσι τὸν λόγον· μεμνήμεθα γὰρ τοῦ λέγοντος, μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου· οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός· Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον καὶ οἱ θεῖοι Πατέρες ἐκώλυσαν παραβαίνειν τὰ ὅρια αἰώνια τῶν πατέρων, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν οἱ Ἀπόστολοι παραδεδώκασιν ἡμῖν τὸ Σύμβολον αὐτῶν τὸ ἀποστολικὸν, διατὶ οἱ ὑοὶ αὐτῶν, δηλονότι οἱ ἐν Νικαίᾳ Ἐπίσκοποι συναθροισθέντες ἕτερον ἐποιήσαντο Σύμβολόν τινα προστιθέντες, καί τινα παντάπασιν ἀφαιροῦντες, δηλονότι τὸ κατελθόντα εἰς τὸν ᾅδην, καὶ τῶν Ἁγίων τὴν κοινωνίαν;

ιζ'. Ἔτι διατὶ ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει Σύνοδος τοσαῦτα προσέθηκε; Ταύτην γὰρ τὴν κώλυσιν τοῦ προστιθέναι, καὶ ἀφαιρεῖν πρὸ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου γένεσθαι, μαρτυρεῖ ὁ μακάριος Κελεστῖνος ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῇ, ἐν ᾗ ἔφη. Τίς ποτε οὐκ ἄξιος ἀναθέματος ἐκρίθη, ἢ προσθέμενος, ἢ ἀφαιρῶν τῆς μεσῆς πίστεως, τῆς διὰ τῶν Ἀποστόλων παραδοθείσης ἡμῖν, ἥπερ οὔτε αὔξησιν, οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται. Ἀνέγνωμεν ἐν τοῖς ἡμετέροις βιβλίοις μηδὲν προστιθέναι, μήτ' ἀφαιρεῖν. μεγάλη γὰρ καὶ τὸν προστιθέντα, καὶ τὸν ἀφαιρούμενον συνέχει ποινή. Καὶ νοεῖ ὁ μακάριος Κελεστῖνος, διὰ τῆς μεσῆς πί-

ſtola, cuius initium: *Laetentur Coeli*, etenim poſt illa verba, *ne tranſgreſſio fiat unius vocabuli, vel ſyllabae*, ſermonem hunc refert: *Meminimus enim eius dicentis: Ne trasgrediaris fines aeternos, quos poſuerunt Patres tui, non enim erant illi, qui loquebantur, ſed Spiritus Dei, & Patris*. Quum igitur coeleſtis Spiritus, & Sancti Patres prohibuerint tranſgredi fines aeternos Patrum, & Apoſtoli, Patres noſtri tradiderint nobis eorum Apoſtolicum Symbolum; quare filii ipſorum, nempe Epiſcopi Nicaeae congregati aliud Symbolum condiderunt, aliqua addentes, & aliqua penitus auferentes, nempe *deſcendentem ad Inferos*, & *Sanctorum communionem*?

XVII. Inſuper quare Synodus Conſtantinopolitana tanta adiunxit? Hanc enim prohibitionem addendi, & auferendi ante Synodum Epheſinam factam fuiſſe teſtatur B. Caeleſtinus in Epiſtola ad Neſtorium, in qua dixit: *Quis unquam non dignus eſt anathemate iudicatus, vel adiiciens, vel detrahens plenae Fidei per Apoſtolos nobis traditae, quae neque augmentum, neque diminutionem ſuſcipit? Legimus in libris noſtris, nihil adde, nec detrahe, magna quidem addentem, & detrahentem poena conſtringit*. Et Beatus Caeleſtinus per plenam Fidem nobis traditam

ab

πίσεως τῆς παρὰ τῶν Ἀποσόλων παραδοθείσης, τὸ ἀποσολικὸν αὐτὸ σύμβολον, ὡς αὐτίκα διασαφεῖ λέγων. Πάντα, ἃ παρά σου ἀσεβῶς κηρυχθέντα, ἡ καθολικὴ ἀποπέμπεται Ἐκκλησία, ἀπὸ δὲ τοῦ συμβόλου τοῦ παρὰ τῶν Ἀποσόλων παραδοθέντος κλαίομεν παρά σου ἀφαιρεθῆναι ταῦτα τὰ ῥήματα, ἅπερ ἡμῖν παντὸς τοῦ βίου, καὶ σωτηρίας ἐλπίδα ἐπαγγέλλονται, δηλονότι ὡς ἡ Μακαρία Μαρία εἴη Μητὴρ Θεοῦ, ὅπερ δυνάμει ἦν ἐν τῷ συμβόλῳ τῶν Ἀποσόλων. Ἀπὸ τούτου φαίνεται, ὅτι ἐν τῷ συμβόλῳ τῶν Ἀποσόλων οὐκ ἔξεσι προστιθέναι τι, οὔτε ἀφαιρεῖν· Χρὴ δὲ νοεῖν ὅσον πρὸς τὸν νοῦν, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, οὐ κατὰ τὰ ῥήματα, ἵνα μὴ καταδικάσωμεν τὴν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τὴν ἐν Κωνσαντινουπόλει Σύνοδον, αἵ εἴτε προστέθεσαν, καὶ ἀφεῖλον, ὅμως ἐπειδὴ τὸ Θεοτόκος, καὶ τὰ προστιθέντα δυνάμει περιείχοντο ἐν τῷ συμβόλῳ τῶν Ἀποσόλων, καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα οὐκ ἀντεμάχοντο, ἀλλὰ πιστῶς ὡμολογοῦντο, οὐκ ἐλέγχονται, οὐδὲ νομίζονται προστιθεῖναι, ἢ ἀφαιρέσθαι. Ὅμως μέντοι ἐλέγχεται ὁ Νεσόριος, καὶ νομίζεται ἀφηρηκέναι τοῦ συμβόλου τῶν Ἀποσόλων, καὶ ὁπόταν οὐκ ἀφαιρῇ αὐτὰ ῥήματα· ἐπειδὴ τὸ Θεοτόκος οὐκ ἔσιν ἀνεπτυγμένως ἐν τῷ ἀποσολικῷ συμβόλῳ· ἀλλὰ διότι ἀφαιρεῖ τὸν νοῦν, μαχόμενος ταύτῃ τῇ ἀληθείᾳ, ὡς ἡ Μακαρία Μαρία εἴη Μητὴρ Θεοῦ, ὅπου δυνάμει ἐμπεριέχεται ἐν

τῷ

ab Apoſtolis, intelligit ipſum Apoſtolicum Symbolum, ut ſtatim oſtendit, dicens: *Omnia quae a te impie praedicata fuere, univerſalis reiicit Eccleſia; ex Symbolo autem ab Apoſtolis tradito plangimus a te haec verba fuiſſe ſublata, quae nobis totius ſpem vitae, ſalutiſque promittunt, ſcilicet, quod B. Maria Virgo ſit Mater Dei, idque virtualiter erat in Symbolo Apoſtolorum.* Ex hiſce colligitur, Symbolo Apoſtolico non licere aliquid adiicere, neque aliquid ex ipſo adimere. Hoc tamen oportet intelligi quod ad ſenſum, & veritatem, non vero quod ad verba, ne damnemus Nicaenam, & Conſtantinopolitanam Synodum, quae etſi addiderint, & abſtulerint, tamen quum vox illa *Theotocos*, & alia quae adpoſita fuere, potentiâ contineantur in Symbolo Apoſtolico, & ea quae demta ſunt non oppugnarent, ſed fideliter profiterentur, ideo non reprehenduntur, neque aliquid addidiſſe, vel ſubſtuliſſe videntur. Verum enim vero reprehenditur Neſtorius, & a Symbolo Apoſtolorum nonnulla detraxiſſe cenſetur, etſi verba ipſa non ademerit; quandoquidem *Theotocos* explicite non extat in Apoſtolico Symbolo, ſed quia ſenſum evertit, veritati ipſi obſiſtens; v. gr. quod Maria Virgo ſit Mater Dei, hoc utique

Digitized by Google

τῷ ἀποστολικῷ συμβόλῳ, ἔνθα γὰρ λέγεται, καὶ εἰς τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν συλληφθέντα ἐκ Πνεύματος Ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, ἕπεται, ἂν ἐγεννήθη ἐκ τῆς Μαρίας, ἵνα ἡ Μαρία ᾖ Θεοτόκος. Καὶ οὕτως ἀποδέικνυσι τοῦτο ὁ Μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς εὐλαβεῖς καὶ Μοναχοὺς ἐπιστολῇ, ἥπερ πρώτη τίθεται ἐν ταῖς πράξεσι τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου.

ιή. Τελευταῖον ἅπαντα ἀμφιβολία ταύτης τῆς ἀπορίας αἴρεται ἀπὸ τῆς ς΄. Συνόδου τῆς ἑρμηνευούσης, τινὰ ἂν τρόπον αὐτὴ ἡ κώλυσις ὀφείλει νοεῖσθαι· ἔφη γάρ. Μὴ ἐξεῖναι ἑτέραν τίστν προφέρειν, γράφειν, συντιθέναι, φρονεῖν, ἢ διδάσκειν, ἢ ἕτερον σύμβολον παραδιδόναι, ἢ καινοφωνίαν, ἢ λέξεως προσθήκην εἰσάγειν πρὸς ἀνατροπὴν τῶν ὁρισθέντων. Τοῦτο τοίνυν τοῦ κωλύματος ὄνομα ἔχει χώραν, ὁπόταν τὰ πρειρημένα γένηται εἰς ἀνατροπὴν τῶν γενομένων ὅρων διὰ τῶν ἁγίων Πατέρων. Καὶ οὐκ θαυμαςόν. Καὶ γὰρ οἱ ὅροι διὰ τοῦτο γίνονται ὡσὰν καὶ φυλάττοιντο καὶ τηροῖντο, οὐ μὴν ὡσὰν ἀνατρέποιντο· κἂν δὲ γένηταί τι πρὸς μείζονα ἀνάπτυξιν, καὶ ἐξάπλωσιν διασάφησίν τε τῶν ὁρισθέντων, τοῦτο οὐ τείνει πρὸς ἀνατροπὴν, ἀλλὰ πρὸς βεβαίωσιν, πρὸς ἰσχὺν, πρὸς προβιβάσμον, καὶ γίνεται κατὰ τὴν νομοθέτου διάνοιαν. Οἱ τοιαῦτα ποιοῦντες οὐκ ἄξιοι εἰσὶ ποινῆς, ἀλλὰ γερῶν, καθὼς φησὶν ἡ ἱερὰ γρα-

φὴ,

que in Apoſtolorum Symbolo virtute continetur; ibi enim legitur: *Et in Ieſum Chriſtum Filium Dei conceptum de Spiritu Sancto, natum ex Maria Virgine;* ſequitur, ſi natus fuerit ex Maria Virgine, quod Maria ſit Deipara. Et pariter idipſum oſtendit B. Cyrillus in Epiſtola ad Religioſos, & ad Monachos, quae prima eſt in Actibus Synodi Epheſinae.

XVIII. Tandem omnis difficultatis nodus ſolvitur a ſexta Synodo explicante, quomodo prohibitio ipſa intelligi debeat. Dicit enim *non licere alteram fidem proferre, ſcribere, componere, tenere, vel docere, aut aliud Symbolum tradere, vel vocis novitatem, vel particulae additamentum introducere ad everſionem rerum definitarum.* Ergo prohibitionis hoc nomen locum habet, quando praedicta fiunt in deſtructionem Sanctorum Patrum definitionum. Neque mirum. Definitiones enim hanc ob cauſſam factae ſunt, ut cuſtodiantur, & ſerventur; non ut deſtruantur. Si quid autem fit ad maiorem expoſitionem, & clariorem rerum definitarum explicationem, hoc certe minime ad everſionem tendit, ſed ad confirmationem, ad robur, & ad inſtitutionem, iuxtaque mentem Legislatoris fit. Igitur qui ita agunt, poena digni non ſunt, quinimmo praemio, quemadmo-

φὴ, ὃ διασαφῶν μὲ ζωὴν αἰώνιον ἕξεται. Πρὸς δὲ ἄξιοι εἰσὶν ἐπαίνου, καθὼς ὁ Κύριλλος ἠξιώθη, περὶ οὗ εἴρηται ἀνωτέρω, ὁ φανερώτατον, καὶ σαφέστατον ἐκλαμπρύνων τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, καὶ πολὺ φῶς παρασχὼν πρὸς σύνεσιν τῶν εἰρημένων ἐν τῷ ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ.

ιθ'. Διὰ τῶν προειρημένων φαίνεται ἡ λύσις πρὸς ἐκεῖνα ἅπερ ἂν προκομίζεσθαι ἐδυνάμετο, ὡς οὐκ ἔξεστι προστιθέναι, ἢ ἀφαιρεῖν, καὶ πρὸς τὸ προκομιζόμενον ἀπό τῆς τοῦ Κυρίλλου ἐπιστολῆς· κατ' οὐδένα τρόπον σαλεύεσθαι παρά τινων ἐπιτρέπομεν τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, τοῦτ' ἔστι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον τὸ παρὰ τῶν Ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὁρισθὲν, οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς, ἢ ἑτέροις λέξιν ἀλλάξαι τῶν γεγραμμένων ἐκεῖσε, ἢ μίαν γοῦν παραβῆναι συλλαβὴν, μεμνημένοι τοῦ λέγοντος, μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου, οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός. Οἱ Λατῖνοι τοίνυν οὐ μετεκίνησαν τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον, οὔτε μὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει· μαλλονμενοῦν ἐν πᾶσι πιστῶς σέβονται, οὐδὲ παραβαίνουσι μίαν λέξιν, ἢ συλλαβήν· πάντα γὰρ τὰ ὄντα ἐν τῷ Κωνσταντινουπόλει, ἐστὶ καὶ ἐν τῷ ῥωμαϊκῷ. Οὐδὲ προσέθεσαν ὁτιοῦν πρὸς ἀνατροπὴν τῶν ὁρισθέντων διὰ τῶν πατέρων· οὐδὲ γὰρ οἱ πατέρες ποτὲ ὡρίσαντο ὡς τὸ

Πνεῦ-

dum ait Scriptura : *Qui elucidat me vitam aeternam habebit* . Praeterea ii laudem omnem merentur , uti Cyrillus honore dignus habitus fuit , de quo ſuperius diximus , qui clariſſime , pleniſſimeque Nicaenam Fidem declaravit , multamque attulit lucem ad intelligentiam eorum , quae in Symbolo Nicaeno dicta ſunt .

XIX. Ex hiſce enarratis ſolutio profluit eorum quae in medium adferri poterant , videlicet , quod non licet addere , vel auferre , & ad obiecta ex Cyrilli Epiſtola : *Nequaquam permittimus ab aliquibus variari fidem definitam , hoc eſt Symbolum Fidei a Sanctis Patribus Nicaeae conſtitutum : neque certe permittimus ipſis , vel aliis vocem immutare earum rerum , quae ibi ſcriptae ſunt , neque ullam Syllabam praeterire , memores dicentis : Ne tranſgrediaris fines aeternos , quos poſuerunt Patres tui . Non enim erant illi , qui loquebantur , ſed Spiritus Dei , & Patris* . Latini igitur nec Symbolum Nicaenum , neque Conſtantinopolitanum depravarunt . Immo in omnibus fideliter venerantur , neque in unam vocem , vel ſyllabam offendunt ; omnia enim quae exiſtunt in Conſtantinopolitano , ſunt & in Romano . Neque aliquid addiderunt ad everſionem rerum per

Πνεῦμα οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· μαλλομένοις ἐν τῇ ἐξενεχθείσῃ ἐπιστολῇ πρὸ τοῦ προειρημένου ὅρου ἔφη ὁ Κύριλλος· τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον εἶναι Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, καὶ προχεῖσθαι παρὰ τοῦ Υἱοῦ, καθάπερ παρὰ τοῦ Πατρὸς· καὶ ὅτι ἐστὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, μᾶλλον αὐτὴ ἡ λέξις τοῦ Υἱοῦ ἐστι πρὸς διατράνωσιν, καὶ ἀνάπτυξιν τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ πρὸς ἐξάπλωσιν τῶν συνεπτυγμένως περιεχομένων ἐν τῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει συμβόλῳ, ὡς ἐν ἰδίῳ καιρῷ, τοῦ Ἁγίου Πνεύματος βοηθοῦντος, διασαφηθήσεται· Καὶ ὅτι ἡ κώλυσις αὐτὴ, περὶ ἧς λέγει αὐτὴ ἡ ἐπιστολὴ, μὴ μέταιρε ὅρια καὶ τὰ λοιπὰ, ὃ μόνον ἀποβλέπει τὸ σύμβολον, ἀλλὰ τὴν αἰωνοῦν διδασκαλίαν οἵων δή ποτε Ἁγίων Πατέρων. οὖσαν γὰρ ἀλήθειαν αὐτὴν οὐκ ἔξεστι παραβῆναι, ὅτι ἡ ἀλήθεια οὐ δύναται σαλεύεσθαι· τί οὖν; ἄραγε οἱ τῶν προηγησαμένων πατέρων παῖδες, καὶ πάλαι, καὶ νῦν, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς παρέλειψαν, ἢ παραλείψουσι τῷ προστιθέναι ταῖς διδαχαῖς τῶν πατέρων, ἀναπτύσσοντες, καὶ διασαφοῦντες ταῦτας, καὶ ἕτερα λέγοντες τῇ ἀληθείᾳ σύμφωνα; ἢ διὰ τοῦτο ἄξιοι εἰσὶ λογίζεσθαι παραβάται; ἀπῆ. Τοῦτο φαίνεται ἐν τῷ συμβόλῳ τοῦ Ἁγάθωνος, καὶ τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας τῷ ἀναγνωσθέντι ἐν τῇ ς'. Συνόδῳ, ἐν τῷ εἰκαὶ τὰ μάλιστα πλείονα προστίθησι τῶν οὐκ ὄντων ἐν τῷ ἐν Κωνσταν-

τι-

Sanctos Patres definitarum. Non enim tunc Patres illi decreverunt Spiritum Sanctum non procedere a Filio; immo in allata Epistola ante praedictam definitionem Cyrillus ait: *Spiritum Sanctum esse Spiritum Filii, & procedere a Filio, quemadmodum & a Patre;* & quia a Filio ipso procedit, particula *Filioque* potius est ad declarationem, & veritatis, rectaeque Fidei expositionem, & ad ea explicanda, quae in Symbolo Constantinopolitano implicite continentur, uti opportuno tempore, annuente Spiritu Sancto, perspicuum erit. Et quoniam prohibitio illa, de qua loquitur ipsa Epistola: *Ne transgrediaris fines &c.* non solum respicit Symbolum, sed quamcumque aliam doctrinam quorumlibet Sanctorum Patrum; veritatem enim ipsam existentem non licet variare, quia veritas mutationem admittere non potest, quid ergo? Numquid Filii Patrum, qui praecesserunt, & olim, & modo, & in posterum deliquerunt, vel delinquent addentes Patrum doctrinis, explicantes, & explanantes illas, & alia docentes veritati consona, vel idcirco digni sunt, qui delinquentes existimentur? Absit omnino. Hoc manifestum est in Symbolo Agathonis, & Occidentalis Ecclesiae lecto in sexta Synono-

τινουτόλει συμβόλῳ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον διατρανοῖ ἑαυτὸν τοὺς ὅρους τῆς καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς πίστεως κρατεῖν, καὶ παραδιδόναι, καὶ ὅλῃ ψηχῇ φυλακῇ συντηρεῖν. Καὶ διὰ τούτων ἀτεκρίθημεν ἔτι πρὸς τὸ προκομιζόμενον ἀτὸ τῆς προειρημένης ἐπιστολῆς τοῦ Ἀγάθωνος λέγοντος· ἵνα μηδὲν περαιτέρω τῶν κανονικῶς ὁρισθέντων μολυνθείη, ἢ ἐναλλαγῇ, ἢ προσθέσει, ἀλλ' ἐν ῥήμασι, καὶ νοήμασιν ἀμετακίνητα διαμένειεν· Ἄριστα δὲ ἑαυτὸν διασαφεῖ τιθέμενος συμπλεκτικῶς ἐν ῥήμασι, καὶ νοήμασιν, ἀμετακίνητα διαμένειν· εἰ μὴ γὰρ σαλεύηται καὶ μιαίνεται τὸ νόημα, ἡ οὐσία τῆς πίστεως, καὶ αὐτὴ ἡ διάνοια οὐκ ἀμεβεται· ὅπερ ὡς εἶπον αὐτίκα ἀποδείκνυσι· καὶ γὰρ εὐθὺς προφέρει τὴν ὁμολογίαν τῆς ἑαυτοῦ πίστεως, καὶ τῶν δυτικῶν τινὰ προστιθεμένων, ἣν ὁμολογίαν ἡ αὐτὴ σύνοδος ἐδοκίμασεν. Ἀφ' οὗ φαίνεται, ὅτι ὁ σκοπὸς τοῦ Ἀγάθωνος κωλύοντος τὴν προσθήκην, καὶ τῆς Συνόδου κυρούσης ἦν, ὡς ἂν μηδὲν προστεθείη, μηδὲν ἀμειφθείη κατὰ τῆς ὑγιεῖς διανοίας, καὶ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως. Ἀνδέτις λέγῃ λόγους τινὰς τοὺς δι' ἐμοῦ ἀνωτέρω προκομισθέντας ἀτὸ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ Κυρίλλου, καὶ τῶν πρακτικῶν τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου, μὴ συμβαίνειν, ὅτι μὴ τῇ γεγονυίᾳ ἐν Ἐφέσῳ κωλύσει· Ἀποκρίνομαι, ἐπειδὴ πᾶσαι αἱ κωλύσεις τῶν ἑπομένων Συνόδων συμβαίνουσιν ἐκείνῃ καὶ παρ' ἐκείνης

δο-

nodo, cui etſi permulta adiiciat eorum, quae in Conſtantinopolitano nequaquam exiſtunt, nihilominus declarat ſe definitiones Catholicae, & Apoſtolicae Fidei tenere, tradere, & tota animae cuſtodia eas conſervare. Itaque reſponſum etiam fuit ad id quod obiicitur ex praefata Agathonis Epiſtola dicentis: *Ut nihil ultra eorum, quae canonice definita ſunt, corruptum fuerit, vel mutatione, vel additione, ſed in verbis, & in ſenſibus immutabilia perdurant*. Optime autem ſe ipſum manifeſtat copulate ponens & in verbis, & in ſenſibus firmiter perſeverare; niſi enim immutetur, vel depravetur ſenſus, eſſentia Fidei, & ipſe ſenſus variare non poteſt, quod ſtatim, ut aiebam, oſtendit. Illico enim profert ſuae Fidei confeſſionem, & Occidentalium nonnulla addentium, quam confeſſionem Synodus adprobavit. Ex quo eruitur, ſcopum Agathonis additamentum omne prohibentis, & Synodi confirmantis eſſe, ut nihil adiiciatur, nihilque immutetur contra verum ſenſum, & rectae Fidei veritatem. Si quis autem dicat argumenta, quae ſuperius attuli ex Epiſtola Cyrilli, & ex actis Synodi Epheſinae, non convenire niſi prohibitioni factae Epheſi; reſpondeo: quum omnes ſequentium Synodorum

Epi-

δοκοῦσιν ἔχειν τὴν γένεσιν, ἀκολουθόν ἐστι τ᾽ αὐτὸν νοῦν ἔχειν ἐκείνας, ὃν ἴσχει καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ κώλυσις, δηλονότι ἵνα νικῆται περὶ πίστεως ἐναντίας, καὶ ἀλλοτρίας τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως, καὶ ἀληθείας.

κ΄. Τελευταῖον εἰς κατασκεύην τῶν προειρημένων ἐπάγεται κἀκεῖνο, τὸ πραχθὲν ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ β΄. Συνόδῳ τῇ διεστραμμένῃ κατὰ Φλαυιανοῦ, καὶ Εὐσεβίου τοῦ Δορυλαίου, καὶ ἐν τῇ ἐν Χαλκηδόνι Συνόδῳ κατὰ Διοσκόρου, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ τῶν ὁμοφρόνων. Ὁ Φλαυιανὸς ὁμολογησάσης τῆς ἀληθείας, ἐδόξαζε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναι ἐν δυσὶ, καὶ ἐκ δύο φύσεων· Ὁ δὲ Εὐτυχὴς ἐν μιᾷ μόνον· λέγων, μήθ᾽ ἁλλο κρατεῖν, ἢ τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον· ἀνέγνω τοῦτο ἐν αὐτῇ ἐν Ἐφέσῳ β΄. Συνοδῳ. Οὗ ἀναγνωσθέντος φησὶν· ἑαυτὸν ἐν ἐκείνῳ θέλειν καὶ ζῆσαι, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ ὅτι περὶ δύω φύσεων οὐ περιέχεται ἐν τῷ ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ, καὶ ὅτι κατὰ τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην Σύνοδον οὐκ ἔξεστιν ἐκείνῳ προστιθέναι, ἢ ἀφαιρεῖν. Ἐν ὅσῳ ταῦτα ἐλέγοντο ἐν Χαλκηδόνι, Εὐσέβιος τοῦ Δορυλαίου ἔφη· Ἐψεύσατο· οὐκ ἔστιν ὁ ὅρος τοιοῦτος, οὐκ ἔστι κανὼν τοῦτο διακελεύων. σημαίνων ὅτι οὐκ ἔστι ἡ κώλυσις τοῦ ἀναπτύσειν, καὶ ἐξαπλοῦν τὴν ἀληθειαν. Ἀλλ᾽ οὐκ ἐπελάβετο τοῦτο ἡ ἐν Χαλκηδόνι Σύνοδος, μᾶλλον Διογένης Ἐπίσκοπος Κυζίκου ἔφη, εὐθὺς κατὰ τοῦ Εὐτυχοῦς προκομίζων· δολερῶς ἔφη

τὴν

prohibitiones illi conveniant, & ab illa originem ducere videantur, conſequens eſt illas eumdem habere ſenſum, quem habet & Epheſi prohibitio, videlicet ut intelligatur de fide contraria, & aliena a Nicaena Fide, & veritate.

XX. Tandem in confirmationem praedictarum rerum adducitur & illud, quod in ſecunda Synodo Epheſina damnata actum fuit contra Flavianum, & Euſebium Dorilaei Epiſcopum, & in Chalcedonenſi Synodo adverſus Dioſcorum & Eutycheten, eiuſque adſeclas. Flavianus facta veritatis confeſſione, ſentiebat *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe in duabus, & ex duabus naturis;* Eutyches autem *in una tantum*, dicens, *nihil aliud tenere quam Symbolum Nicaenum*. Hoc recitavit in ipſa ſecunda Synodo Epheſi habita. Quo lecto dixit, *ſe in illo velle vivere, & mori; tum quod de duabus naturis nihil exſtat in Symbolo Nicaeno, tum etiam quia juxta primam Synodum Epheſinam non licet illi addere, vel adimere*. Dum haec legerentur in Chalcedonenſi Synodo, Euſebius Dorilaei Epiſcopus dixit: *Mentitus eſt, non eſt huiuſmodi definitio, non eſt Canon qui hoc iubeat;* indicans nullam eſſe prohibitionem explicandi, & exponendi veritatem. Atque

τὴν ἐν Νικαίᾳ προστάξε Σύνοδον· ἔλαβε γὰρ προσθήκας ἀπὸ τῶν Ἁγίων Πατέρων διὰ τὸν διαστραμμένον νοῦν τῶν αἱρετικῶν, καὶ προστέθη τὸ ἐκ Πνεύματος Ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. Ἕπεται τοὐνθεῦτεν πῶς ὁ Διόσκορος μετὰ πάντων σχεδὸν τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων κατεῖλε τὸν Φλαυιανὸν, καὶ τὸν Εὐσέβιον, ἐκθέμενος ἐν τῇ ἀποφάσει αὐτοῦ, ὅτι ἐποίησαν κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου, ἥτις ὑπὸ ποινὴν καθαιρέσεως κωλύει τὴν προσθήκην, καὶ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως· ἔλεγε γὰρ τὸν Φλαυιανὸν προστεθεικέναι τῷ συμβόλῳ λέγοντα, τὸν Χριστὸν ἐν δυσὶ φύσεσιν. ὅτερ οὕτως ἀνεπτυγμένως κατὰ τὸν Διόσκορον, ἐν τῷ συμβόλῳ οὐ περιέχεται. Πάντες Ἐπίσκοποι οἱ ἑαυτοὺς ὑπογεγραφότες ἐν τῇ προειρημένῃ ἀποφάσει τῆς καθαιρέσεως, ταύτην ἀποδεδώκασι τὴν αἰτίαν, ὅτι οὗτοι δύο ὁ φλαυιανός τε, καὶ ὁ Εὐσέβιος προσέθεσαν ἐν τῷ ἐν Νικαίᾳ συμβόλῳ κατὰ τῆς κωλύσεως τῆς ἐν Ἐφέσῳ γενομένης. Ἐν ὅσῳ ταῦτα ἀνεγινώσκετο, οἱ Ἀνατολικοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι Αἰγύπτιοι Ἐπίσκοποι εἶπον ἀνάθεμα τῷ Διοσκόρῳ. Ταύτῃ τῇ ὥρᾳ κατακριθείη ὁ Διόσκορος, ἡ κύρωσις ἑαυτοῦ, κ᾽ ἡ ἀπόφασις τοῦ Διοσκόρου, κ᾽ οἱ ἑαυτοὺς ὑπογεγραφότες Ἐπίσκοποι, ὡμολόγησαν ἡμαρτηκέναι, καὶ συγγνώμην ἐζήτησαν. Διὰ τούτων φαίνεται, ὅτι οὐ κωλύεται ἡ εἰασοῦν ἀνάπτυξις, ἡ σαφήνεια τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως. Καὶ ἐπειδὴ περ οἱ

Γραι-

hoc Synodus Chalcedonenſis minime reprehendit; Immo Diogenes Epiſcopus Cyzici, ſtatim inſurgens contra Eutycheten, *doloſe*, inquit, *praepoſuit Nicaenam Synodum*. Accepit enim additamenta a Sanctis Patribus propter pravum Haereticorum Intellectum, & additum eſt *de Spiritu Sancto ex Maria Virgine*. Ex quo ſequitur qua ratione Dioſcorus cum omnibus fere, qui Epheſi convenerant, Flavianum, & Euſebium damnavit, exponens in ſuo libello, quod contra Synodum Epheſinam egerant, quae ſub poena damnationis vetat adiicere Nicaenae Fidei, ab eaque detrahere. Dicebat enim, *Flavianum Symbolo addidiſſe, confitentem Chriſtum in duabus naturis*; quod tam explicite iuxta Dioſcorum in Symbolo non continetur. Omnes Epiſcopi, qui praefato contra Flavianum libello haereſeos damnato ſe ipſos ſubſcripſerunt, eamdem protulere rationem, quod hi duo Flavianus, & Euſebius Symbolo adiecerant contra prohibitionem in Nicaena Synodo emanatam. Quum haec legerentur, Orientales, & alii Aegyptii Epiſcopi dixerunt Anathema Dioſcoro. Hac hora damnatus eſt Dioſcorus, eiuſque auctoritas, & Dioſcori libellus, & Epiſcopi, qui ſe illi ſubſcripſerant, confeſſi ſunt ſe peccaſſe, & veniam petiere. Ex

qui-

Γραικοὶ εἰώθασιν ἄσμενοι χρῆσθαι παραβολαῖς, προστίθημι τοῖς προειρημένοις τουτὶ τὸ παράδειγμα. Ἐπαγγέλλομαί σοι δοῦναι τῇ αὔριον ἡμέρᾳ τὸν χιτῶνα τοῦτον, ὃν φέρω, καὶ οὐχ ἕτερον, ἀλλ' οὐδὲ τούτῳ προσθήσω τι, ἢ ἀφαιρήσω. Ὅτι δὲ ὁ χιτὼν οὗτος ἀπὸ τοῦ συνεχοῦς χρήσεως κονιορτὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, καὶ ῥύπους τινάς; ἐκτινάσσω αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κονιορτοῦ, καὶ πλύνω, καὶ ἀτομάσσω τοὺς ῥύπους, ποιούμενος τοῦτον καθαρὸν, καὶ λαμπρόν. βουλόμενος δὲ τοῦτον σοι ἀποδοῦναι, ἄραγε δυνήσῃ εἰπεῖν παραβαίνειν ἐμὲ τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ οἰονεὶ ἕτερον διδόντα χιτῶνα, διὰ τοῦτο, ὅτι τούτον ἀπεμαξάμην; καὶ ὅτι τούτου ἀφεῖλόν τι, ἐπειδὴ περ ἀφεῖλον τοὺς ῥύπους; ἢ προσήθηκά τι λαμπρότερον ποιησάμενος; Οἶμαι οὐδένα ἂν εὑρεθῆναι τὸν τὰ τοιαῦτα οὐχ ὅτι λέγοντα, ἀλλὰ μὴ δὲ διανοούμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ οὐσία τοῦ χιτῶνος οὐ μεταβάλλεται, οὐδέντε ἀπ' αὐτοῦ ἀφαιρεῖται, ἢ προστίθεται ἐναντίον τοῦ φυσικοῦ αὐτοῦ εἴδους, συνιστάται τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι χιτῶνα, καὶ οὐχ ἕτερον, οὔτε ἐμὲ ἐπιπλήξεως ἄξιον, ἀλλὰ τιμῆς, καὶ χαρίτων ὁμολογίας τὸν τοῦτον λαμπρότερον πεποιηκότα, καὶ καθαρώτερον. Καὶ οὐ λέγω ταῦτα ὡτανεὶ ἐν τῇ καθολικῇ πίστει δυναμένου εἶναι τοῦ τυχόντος κονιορτοῦ, ἢ ῥύπου, ἀτεί, ἀλλὰ διὰ τὴν οὐκ ὀρθὴν νόησιν τινῶν ἐδέησε τὸν Κύριλλον, τὸν Λέοντα, καὶ τοὺς ἄλλους ἁγίους Πατέρας, ὧν ἀντε-

quibus perſpicuum eſt, quod quaelibet explicatio, ſive veritatis, & rectae Fidei declaratio minime prohibetur. Et quoniam Graeci libenter parabolis uti ſolent, iis quae uſque modo dicta ſunt, exemplum hoc addo. Promitto me die craſtino daturum tibi tunicam hanc, quam fero, & non aliam; neque huic aliquid vel adiiciam, vel auferam. Verum quum haec tunica ex aſſiduo uſu pulverem, & ſordes aliquas in ſe habeat, ipſam a pulvere excutio, & ſordes abluo, & abſtergo, eamque mundam, & nitidam reddo. Dum autem illam tibi tradere opto, an dicere poteris me promiſſa non facere, & aliam fere impertiri tunicam, eo quod ipſam deterſi? aut ab illa aliquid detraxiſſe, quoniam ſordes elui? aut aliquid addidiſſe, quandoquidem nitidiorem reddidi? Neminem inventum iri exiſtimo ne dum haec dicentem, ſed ne cogitantem quidem. Etenim quum ſubſtantia tunicae non immutetur, & nihil ab illa auferatur, neque quid contrarii naturali tunicae formae addatur; conſequens eſt ipſam illam eſſe tunicam, & non aliam, neque me reprehenſione dignum, ſed honore, & gratiarum actione, eo quod fecerim illam pulcriorem, nitidioremque. Verum non haec diſputo ac ſi in Catholica Fide pulvis,

τέρω ἐμνήσθημεν, μᾶλλον τὴν αὐτὴν πίστιν ἐκλαμπρύναι, καὶ διασαφῆσαι, καὶ τοὺς ῥύπους, οὓς οἱ εὐκ ὀρθῶς φρονοῦντες προστιθέναι ἐπειρῶντο τῇ πίστει, τῇ διασαφήσει τῆς ἀληθείας, καὶ ταῖς τῶν Γραφῶν μαρτυρίαις ἐκμάξασθαι. Πέρας γὰρ οὖν τοῦ λόγου ποιουμένου· οἶμαι μὴ δεῖν διαλέγεσθαι περαιτέρω· εἴπερ ἐξῆν τῇ Ῥωμαϊκῇ Ἐκκλησίᾳ προστιθέναι τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο, τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς τὸ Πνεῦμα Ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύοιτο. Εἰ μὲν οὖν οἱ Γραικοὶ ἀποδείξουσι, τοῦτο μὴ εἶναι ἀληθὲς, ὁμολογήσω ἐπιεικῶς, ὡς οὐκ ἠξῆν προστιθέναι· εἰ δὲ οὐ δυνήσονται ἀποδεῖξαι τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδειχθήσεται ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, καὶ τῶν μαρτυριῶν τῶν Ἁγίων πατέρων, οὓς ἡ Ἐκκλησία ἔστερξε, τοῦτο ἀληθὲς εἶναι, ὡς ἀνωτέρω λαμπρῶς ἀποδέδεικται, φανήσεται, μηδενὶ νόμῳ τοῦτο κεκωλῦσθαι ἐν τῷ συμβόλῳ τιθέναι· καὶ τοιγαροῦτα γενήσεται μεταξὺ Γραικῶν τε, καὶ Λατίνων ἡ ἁγία ἕνωσις, καὶ ἡ ἐφετὴ ὁμόνοια, καὶ ἔσονται ἀδελφοὶ ποθεινότατοι, οἱ πάλαι γεγονότες, καὶ εἶναι ὀφείλοντες. Ὃ χαρίσαι ἀξιώσειεν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας, καὶ Παρακλήσεως, ὃ ζῇ, καὶ βασιλεύει σὺν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

vis , aut macula eſſe poſſit , abſit ; ſed propter pravum nonnullorum ſenſum , neceſſe fuit Cyrillum , Leonem , alioſque Sanctos Patres , quos ſuperius memoravimus , ipſam Fidem apertius declarare , & explicare , ſordeſque , quas non recte ſentientes adiicere Fidei conabantur , per veritatis expoſitionem , & Scripturarum teſtimonia abſtergere . Finis igitur ſit habiti ſermonis . Exiſtimo enim de hac re non amplius differere oportere : Siquidem licuit Romanae Eccleſiae adponere particulam hanc *Filioque* , quum verum ſit Spiritum Sanctum ex Filio procedere . Si igitur Graeci oſtenderint hoc falſum omnino eſſe , confitebor & ego addere haud licitum fuiſſe . Quod ſi hoc evincere minime poterunt ; immo ex Sacra Scriptura , & teſtimoniis Sanctorum Patrum , quos Eccleſia dilexit , id verum eſſe declarabitur , ut ſuperius aperte demonſtratum fuit , adparebit a nulla lege prohibitum fuiſſe hoc Nicaeno Symbolo adiicere ; atque interim unio ſancta , & optata concordia inter Graecos , Latinoſque orietur , & erunt fratres deſideratiſſimi , qui olim fuerunt , & eſſe debent . Quod donare dignetur ipſe Spiritus Sanctus , Deus veritatis , & conſolationis , qui vivit , & regnat cum Patre , & Filio in ſaecula ſaeculorum . Amen .

0056575O7